MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81173-8

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

SCHONEMANN, JULIUS

TITLE:

DE LEXICOGRAPHIS ANTIQVIS QVI RERVM...

PLACE:

HANNOVERAE

DATE:

1886

Master Negative #

93-8173-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



887
Sch6 Schönemann, Julius, 1864-
De lexicographis antiqvis qvi rervm ordinem secvti svnt qvaestiones praecvrsoriae; dissertatio philologa qvam... defendet scriptor Ivlivs Schönemann... Hannoverae, typis Cvlemannorvm, 1886.
116 p. 21½ cm.

Thesis, Bonn, 1886.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35MM REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-17-93 INITIALS BE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: SCHÖNEMANN, JULIUS

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

__✓__ Illegible and/or damaged page(s): 3-16

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: _____

_____ Bound out of sequence: _____

_____ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: CENTER FOR RESEARCH LIBRARIES

_____ Other: _____

FILMED IN WHOLE
OR PART FROM A
COPY BORROWED
FROM
CENTER FOR
RESEARCH
LIBRARIES


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
Inches
1 2 3 4 5
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.


Schönemann.
De lexicographis antiquis

887. Sch6

Columbia University
in the City of New York
Library

BOUGHT FROM
THE
Henry Drisler
Classical Fund
1895

DE
LEXICOGRAPHIS ANTIQVIS
QVI RERVM ORDINEM SECVTI SVNT
QVAESTIONES PRAECVRSORIAE

DISSERTATIO PHILOLOGA QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE X MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCLXXXVI HORA XI PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

IVLIVS SCHOENEMANN
HANNOVERANVS.

ADVERSARII ERVNT
AVGVSTVS BRINKMANN stud. phil.
IVLIVS ZIEHEN Dr. phil.
EDVARDVS HAWES Dr. phil.

FORE

HANNOVERAE
TYPIS CVLEMANNORVM
MDCCCLXXXVI.

FRANCISCO BVECHELER

RENARDO KEKVLÉ

HERMANNO VSENER

S.

Caput I.

De glossariis Graecolatinis secundum res in capita digestis.

Haud ita multis, ut opinor, Boucherie persuasit interpretamenta Montepessulana, quae anno 1872 primus edidit[1]), Iulii Pollucis opus esse[2]). Nec immerito ei defuit eruditorum assensus; quod enim eum movit Georgii Hermonymi Spartani testimonium conversationum cotidianarum exemplari Parisino praefixum, quod Hase ei significarat[3]), non id est, quo usus suo iure contenderet a Polluce non solum ὁμιλίαν illam Parisinam compositam esse, sed etiam Montepessulanam ei similem

---

1) Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale et autres bibliothèques. Tome XXIII, partie II, 277—616. Separatim sub titulo A. Boucherie: Ἑρμηνεύματα καὶ καθημερινὴ ὁμιλία de Iulius Pollux, publiés pour la première fois. acc. fables d'Ésope et fragment de droit Romain. Paris 1872.

2) Cf. qui crisin exhibuerunt editionis Boucherianae: A. Eberhard: Burs. Jahresber. 1873, p. 1328. Massebieau in eis, quae ad editorem scripsit anno 1877, publici iuris factis a Boucherio in: Note additionelle sur les ἑρμηνεύματα et la καθημερινὴ ὁμιλία de Iulius Pollux. Not. et extr. des man. 1879. XXVII, II, 457—470. Teuffel: Röm. Literaturg. ed. IV. 1019. M. Haupt in ind. lect. hibern. Berol. 1871. = opusc. II, 442. Imprimis vero: Carolus Krumbacher: de codicibus quibus Interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt. Progr. des Kgl. Ludw.-Gymn. Monachi. 1883.

3) Inest in cod. 3049 bibl. Paris., ex quo editum est a Boucherio in not. et extr. XXIII, II, 478—494. cf. 281—287; [ed. pecul. 202—218. cf. 5—11.] alias editiones infra indicabo (p. 12).

et interpretamenta Montepessulana tota. Immo adeo ἑρμηνευμάτων natura abhorret ab omnibus, quae de Pollucis scriptis et indole scimus, ut ne multo gravius quidem testimonium nobis debeat imponere quam Hermonymi, cuius auctoritatem quomodo expediamus, ipse Boucherie duas indicavit vias alteram praeeunte Eggero[1]).

Gratum nobis accidisset, si fortuna nomen eius, qui interpretamenta Montepessulana vel Leidensia[2]) composuit, posteritati non invidisset. Cum vero Loewii[3]) et Krumbacheri[4])

1) Cf. not. et extr. XXIII, II, 283 sq. et 286. adn. 2, editionis peculiaris — cuius paginas, quas video a Büchelero in Fleckeiseni annal. vol. CXI, 311 sqq. adhibitas a Krumbachero [cf. l. l. p. 63. adn. 15] non intellectas esse, alterius [deinceps simplici Bouch. notandis] cancellis inclusas addam — p. 7 et 10. Sed cf. imprimis quae Massebieau contra Boucherium disputavit: not. et extr. XXVII, II, 457—462.

2) Interpretamentorum Leidensium, quae in codd. Sangallensi 902 et Leidensi Vossiano Graeco IV, 7. servata sunt, notitiam dedit Bücking: „Dosithei Magistri interpretamentorum liber tertius. Graece et latine". Bonnae 1832. cf. praef. VII—XXI. Ceterum de Dositheo auctore nemo dum cogitat, ex quo iudicium desiit pendere ex hac recensione, qua interpretamenta cum arte Dositheana coniuncta exstant. cf. Bouch. 279—281. [3—5].

3) Cf. Prodromus corporis glossariorum Latinorum. Lipsiae 1876. p. 203—208.

4) Ad Krumbacheri dissertationem supra significatam, ad quam in eis quae secuntur lectorem tacitus quoque semper relegabo, accedunt quae de cod. Harleiano disputavit: Sitzungsber. der philos. philol. u. hist. Classe der Kgl. bayer. Acad. der Wiss. 1883. p. 193—203. — Primum innotuerat per Henricum Stephanum eiusmodi glossarium; cf. „Glossaria duo, e situ vetustatis eruta: ad utriusque linguae cognitionem et locupletationem perutilia", Parisiis, anno 1573, ubi inde a p. 237 ad 281 exstant: „Excerpta ex aliis veteribus lexicis Graecolatinis, seu glossariis, (ut tunc temporis vocabant) vocabula, in certa capita, veluti in communes locos, digesta". Ex praefatione p. 235 et 236 praemissa elucet duas ei suppeditasse collectiones, quarum altera verba latina graece, altera graeca latine interpretabatur. Stephanus huius ordinem invertit, ut illi quae lubuit ex hac adderet ita, ut nunc omnia a latinis incipiant, decem autem capita inter unetquinquaginta bis — altero alteri voce „iterum" subiuncto — exstent, quibus multa nomina communia sunt. Semper igitur in Stephanianis

opera sciamus, quot talium operum exemplaria, quam inter se similia exstent, — sex recensiones Krumbachero innotuerunt, quarum indicem p. 6 sq. adn. 2 exhibebo; plures etiam in bibliothecis latere quam recte sit suspicatus initio dissertationis, luculento exemplo postea confirmaturus sum — minus refert, ut recensionis unius cuiusque auctorem indagemus, quam ut enucleemus et quando primus aliquis exemplo praeclaro viam monstrarit, qua lexicis altero ad elementorum seriem decurrente altero secundum argumenta in capita digesto cum conversatione cotidiana coniunctis pueri Graeci latine Romani graece loqui doceantur[1]), et — quod gravius est priusque absolvendum — quis primus ausus sit, lexici ad rerum ordinem decurrentis quasi archetypum constituere, ad cuius normam nostra sint composita vel redacta. An in ea ratiocinatione acquiescemus quinque vel sex vel plures ludimagistros diversis temporibus diversis locis idem cepisse consilium interpretamentorum libros tres eadem ratione eodem fere ordine compositos in discipulorum usum conscribere? Quod si veri est dissimile, minus etiam facile nobis persuadebitur capita illa, in quae nomina digesta sunt, ab uno quoque ἑρμηνευμάτων conditore proprio Marte esse excogitata. Atque de illa quidem quaestione ad rationem, qua pueri exeuntis antiquitatis temporibus instituebantur pernoscendam imprimis gravi nunc non habeo, quae eis addam, quae Krumbacher[2]) indicare quam exponere maluit: spero virum

adhibendis memores simus eorum, quae p. 235 disputavit: „Quinetiam in certum quendam librorum numerum haec vocum Graecarum interpretamenta in exemplaribus illis dividuntur: cuius divisionis rationem minime habendam existimavi: ac ne habere quidem potui, quum nec omnia quae illis exemplaribus continentur, ederem, nec eundem (propter illam quam paullo ante attuli rationem) ordinem servarem". Eadem invenimus in Bonaventurae Vulcanii Brug. „Thesauro utriusque linguae" anno 1600 Lugd. Bat. edito. p. 237—281.

1) Haec enim plerumque totius corporis est ratio: liber I. continet lexicon κατὰ στοιχεῖον compositum, liber II. in capita digestum, liber III. cotidianam conversationem. Plura de his rebus infra!

2) Cf. l. l. p. 2: „Interpretamenta Leidensia neque a Dositheo Magistro neque a Iulio Polluce, sed ab anonymo quodam ludimagistro,

doctum promisso quod dedit corporis interpretamentorum Pseudodositheanorum non sine iustis prolegomenis edendi mox esse staturum, ut omnes possimus de singulis quoque quam certissimum ferre iudicium[1]). Confero me ad lexica secundum res distributa, quae secundo quoque vel primo continentur interpretamentorum libro. Qua in re quod dixi nemini fore dubium, quin capita illa non compluries denuo excogitata, sed potius ad exemplum unum conformata sint, iam meum est comprobare. Concedendum est et numerum et ordinem capitum variare: his in rebus ludimagistrorum licentia grassata est; tamen tanta capitum copia omnibus quae innotuerunt recensionibus communis est, ut me iudice de communi origine dubitari nequeat. Atque inveniuntur in omnibus Krumbachero notis lexicis[2]) haec capita communia:

probabiliter Graeco, circa initium saeculi post Christum natum tertii ad usum eorum, qui Latine Graeceve loqui cupiebant, composita sunt. Posteriore demum tempore in archetypo codicis Sangall. Ἑρμηνεύματα cum Dosithei arte grammatica sequentibusque elocutionibus et verborum indicibus, fortasse ad scholarum quendam usum, coniuncta sunt. Imitatores horum Ἑρμηνευμάτων conscripserunt Interpretamenta Monacensia et Montepessulana et illa quae Beatus Rhenanus et Henricus Stephanus adhibuerunt. Etiam haec omnia tertio saeculo, utique non post Constantinum orta esse verisimile est. Recensio Monacensis Antiochiae in urbe Syriae conscripta esse et in usu fuisse videtur". De Antiochia ut cogitaret, movisse cum videtur, quod in mensium catal., qui in fine interpr. Monac. exstat, μῆνες Ἀντιοχείων inveniuntur. Sed Antiochensium menses καῖ ἔξοχήν vocantur qui vulgo audiunt μῆνες Ἑλλήνων; sunt Syromacedonici. In Mon. quidem post μῆνες Ἑλλήνων Atheniensium mensibus interpositis μῆνες Ἀντιοχείων secuntur. Ceterum eis quoque quae de Monacensium et Montep. etc. interpr. auctoribus Leidensia imitatis dixit, adhuc plausum denego. Causas infra videbis expositas.

1) Nunc enim dolendum est capitum quidem indices et librorum manuscriptorum descriptiones apud [Boucherium et] Krumbacherum exstare, singulas vero glossas non nisi Montepessulanorum et Stephanianorum interpretamentorum eruditis ad manum esse. — Quam saepe viri doctissimi consilio capto corporis interpr. Pseudodos. condendi morte quominus perficerent sint impediti, Krumbacher exposuit.

2) Glossaria Graecolatina rerum quae secuntur ordinem adhuc innotuerunt (cf. Krumb. 50 sqq.) haec: 1. cod. Montepess. 306. saec. IX.

1. θεῶν ὀνόματα deorum nomina.
2. θεάων ὀνόματα dearum nomina.
3. περὶ ναῶν de aedibus.
4. περὶ ἑορτῶν de diebus festis.
5. περὶ ἀνέμων de ventis.

lib. II: 44 capita [= Mont.]. — 2. codd. Monac. 13002. 22201. saec. XII. Monac. 27317. saec. XV. lib. II: 55 capita [= Mon.]. — 3. cod. Leidensis Voss. Graec. IV° 7. saec. XI. lib. II: 39 capita. [Accedunt: cod. Sangall. 902. saec. X, quo ars grammatica Dosithei (A) cum interpr. (B) exstat coniuncta, lib. I: eadem olim continens, quae antecedentis sunt, 39 capita, quorum 4 [inde a μοσχοτόμος victimarius] — 39 tulerunt aetatem; et cod. Monac. 601. saec. X, continentis Dosith. artis (A) partem, (B) lib. I: capitum Leid. 33 [inde ab ἄρουρα seges] — 39; et cod. Harleianus 5642. [cf. Münchener Sitzungsber. 1883. II, 193] saec. X. lib. II: capp. Leid. 4—33 et 33—39] [= Leid.]. — 4. cod. Beati Rhenani lib. I, cuius servati sunt in epistula Beati infra indicanda 4 capitum tituli [= B. Rh.]. — 5. codd. duo Henrici Stephani aetate incognita edd. ao. 1573 lib. I: 51 capita, quorum decem bis recensentur. [= Steph.]; [quae in Steph. bis insunt, audiant Steph. 2, nec non adscribam in tabula supra adpingenda 2 eorum capitum titulis, quae bis apud Steph. sunt; quae primo loco, notabo litteris Steph. I, quae altero Steph. II]. — 6. Accedunt [cf. Krumb. l. l. p. 42, Löwe l. l. p. 206] „Hermineomata Graeca", latine exarata, cod. Leid. Voss. Lat. 26. foliis 36—47 servata, scilicet glossarium ad ordinem alph. decurrens simillimum interpr. Mon. et Leid. libro I; insunt autem vestigia lexici secundum res digesti Steph. simillimi, quo tamen in nonnullis locupletiora inveniuntur. Caput περὶ ἐξουσίας huic collectioni proprium est. Poterant addi „vetustissimae Glossae manuscriptae quae separatis capitibus de supellectile, de penu, de veste, et de argento tractant, sive de vasis argenteis delphicae servientibus", ex quarum „περὶ ἀργυρῶν de argenteis" capite nonnulla adnotavit Salmasius in „observat. ad Ius Attic. et Rom." p. 458. — Krumbachero auctore [cf. p. 13] Mon. et Mont. ceteris copiosiora praebent capita; tenuissima omnium Leid., sed eadem vulgaris sermonis formis maxime libera; quae causa est, cur rec. Leid. Krumbacher πρωτότυπον, reliquas imitationes existimet.

Sequatur adnotatio critica ad tabulam supra exhibitam: 2. Mont. titulo spreto dearum nomina deorum adnectit; idem in B. Rh. statuendum. 3. add. „templis" Leid. add. ἱερῶν et „festis" Mon. „festis" errore. add. ἱερῶν et „sacris" B. Rh. 4. περὶ ἡμερῶν βιωτῶν „de diebus festis" Steph. βιωτικῶν Krumb. [cf. Du Cange I, 203. Cyr.: βιωτικός Secularis.

6. περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων de membris humanis (2).
7. περὶ ποτῶν de potionibus (2).
8. περὶ κρέως de carne (2).
9. περὶ δευτέρας τραπέζης de secunda mensa.
10. περὶ ἰχθύων de piscibus (2).
11. περὶ ὀρνέων de avibus (2).
12. περὶ τετραπόδων de quadrupedibus.

Apud patres ὁ βιωτικὸς τῷ ἀσκητῇ oppositus. 6. περὶ μελῶν „de membris“ Leid. περὶ μελῶν „de membris humanis“ Mont. 7. περὶ πότων Steph. I. περὶ πότου „de potione“ Steph. II. περὶ ποτοῦ „de potione“ Leid. 8. περὶ κρεῶν Steph. 2. „de carnibus“ Steph. II. 9. περὶ τραγημάτων „de bellariis“ Steph. 12. περὶ θηρίων τετραπόδων „de bestiis quadrupedibus“ Mont. περὶ θηρίων „de bestiis“ Steph. 14. περὶ ἀγροικίας „de rusticatione“ Mon. 16. „de holeribus“ Steph. II. 19. „de vasis fictilibus“ Steph. 21. „de vestibus“ Mont. 22. „de civitate“ Mont. 26. περὶ χαλκῶν Mon. 27. περὶ σιδηρῶν Mon. Steph. 28. περὶ πλεύσεως Steph. II. 29. ἰατρικὴ Steph. 30. περὶ στρατείας Steph. 32. περὶ ζῳδίων ιβ′ „de signis XII“ Leid. In Mont. c. II: περὶ τῶν ΙΒ ζῳδίων μετὰ ἐξηγήσεως „de duodecim signis cum narratione“. c. V: ΙΒ′ ζῴδια „duodecim signa“, cui titulo non respondet caput; huc potius referendus capitis anteced. tit.: περὶ ἄστρων οὐρανίων „de signis caelestibus“, quem quod nunc prae se fert caput „de caelo“ est. 34. περὶ τρόπων „de moribus“ Steph. 35. περὶ φύσεως „de natura“ Leid. περὶ φύσεως σώματος ἀνθρωπίνου „de natura corporis humani“ Mont. 37. „de pellibus“ Leid. 38. De rebus, quae ad scholam pertinent, habes in Mont. περὶ διδασκαλείου „de ludo litterario“ et περὶ εἰσαγωγῆς τέχνης γραμματικῆς „de instructione artis grammaticae“, in Steph. περὶ φιλοφωνιων „de studiis“ [corr. φιλοπονιῶν] et περὶ γραμμάτων διδασκαλίας „de ludo litterarum“ et π. εἰσ. τ. γρ., in Leid. περὶ φιλοπονιῶν „de studiis“, in Mon. περὶ γραμμάτων διδασκαλίας „de ludo litterarum“. — Hic fortasse addendum capitis περὶ τεχνιτῶν ὀνόματα in Mont., περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων in Mont. et Steph. elementorum ordinem sequi: τεχνιτῶν ὀνόματα nulla nisi prima littera respecta; π. τρόπων ἀνθρ. in Mont. nonnullis exceptis — non solum synonymis, quae per se sunt excipienda — secunda quoque et tertia, sed duabus quasi columnis decurrentia. Mira est res in Steph. περὶ τρόπων, ubi in latinis nominibus, quae apud Steph. semper praecedere supra monui, ordinandis, quae quidem re vera περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων sunt, alphabetum Graecum pro norma habitum vides [cf. a b g d e z e i c et inprimis lat. v = οὐ inter n et p], secuntur ὀνόματα πολιτικά et συγγενικά nullo ordine. Num haec olim graece erant scripta? cf. finem cap. „iterum περὶ ἰχθύων“: λανδες „glandes“ videntur fuisse.

13. περὶ ἑρπετῶν de serpentibus.
14. περὶ γεωργίας de agricultura (2).
15. περὶ δένδρων de arboribus (2).
16. περὶ λαχάνων de oleribus (2).
17. περὶ οἰκήσεως de habitatione.
18. περὶ ἐνδομενίας de supellectile.
19. περὶ ὀστρακίνων de fictilibus.
20. περὶ τεχνιτῶν de artificibus.
21. περὶ ἱματίων de vestimentis.
22. περὶ πόλεων de civitatibus.
23. περὶ ἀρχόντων de magistratibus.
24. περὶ χρυσέων de aureis.
25. περὶ ἀργυρέων de argenteis.
26. περὶ χαλκέων de aereis.
27. περὶ σιδηρέων de ferreis.
28. περὶ ναυτιλίας de navigatione (2).
29. περὶ ἰατρικῆς de medicina.
30. περὶ στρατιᾶς de militia.

His adde ex. gr. caput περὶ ὀσπρίων „de leguminibus“, quod in Mon. suum habet locum, in Mont. et Steph. capiti περὶ γεωργίας „de agricultura“ adnexum exstare, adde omnia fere capita supra non memorata ter saltem inveniri:

31. περὶ οὐρανοῦ de caelo: Leid. Mon. Steph. (2).
32. περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων de duodecim signis: Leid. Mon. Mont.
33. περὶ θεωριῶν de spectaculis: Leid. Mont. Steph.
34. περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων de moribus humanis: Mon. Mont. Steph.
35. περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης de natura humana: Leid. Mon. Mont.
36. περὶ βρωμάτων de escis: Leid. Mon. Mont.
37. περὶ σκυτίνων de scorteis: Leid. Mon. Mont.
38. [περὶ γραμμάτων διδασκαλίας de ludo litterario: Mon. Mont. Steph. (Leid.)],

nec iam repugnabis, si contendero arto affinitatis vinculo has capitum collectiones inter se coniunctas esse. Quae suspicio augetur, si ordinem quo decurrunt respicis. A diis initium,

sequitur caelum, religio, homo, victus, animalia, quae terra gignit, vita humana et publica et privata; qui quidem ordo in singulis saepe turbatus est, totus fere obscuratus in Steph., quod non mireris, consilium et condicionem editionis si respicias. Addo quod quaedam capita ubique fere sese excipiunt: θεῶν ὀνόματα, θεάων ὀνόματα, περὶ οὐρανοῦ; περὶ βρωμάτων, περὶ ποτῶν, περὶ δευτέρας τραπέζης, περὶ κρέως, περὶ λαχάνων, περὶ ἰχθύων, περὶ ὀρνέων, περὶ τετραπόδων, περὶ ἑρπετῶν; περὶ χρυσέων, περὶ ἀργυρέων, περὶ χαλκέων, περὶ σιδηρέων similia. His perpensis [1]) quis de casu, quo omnia concinant, quam de exemplari communi, quod diversis modis exprimant, cogitare mavult?

Sed quo clarius ordinis certi vestigia ubique sublucent, eo magis puto miraberis, quod saepe capita arte cohaerentia et ipsa rerum natura conexa divulsa, toto caelo distantia coniuncta sunt. Velut in Leid., in quibus neminem spero fugiet, quam in universum sano ordine capita decurrant, vix assequaris, qua ratione ex. gr. περὶ οὐρανοῦ et περὶ ζῳδίων ιβ′ aut περὶ φύσεως et περὶ συγγενείας aut περὶ λαχάνων et περὶ δένδρων et περὶ γεωργίας universo fere libro distent. In Mon. vero quid sibi volunt περὶ ἀρχόντων inter περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης et περὶ βρωμάτων, περὶ οἰκήσεως inter περὶ ἑρπετῶν et περὶ δένδρων, περὶ ἱματίων inter περὶ τρυγητοῦ et περὶ ὀσπρίων, cum sine dubio περὶ ἀρχόντων artissime cohaereat cum περὶ πόλεων, περὶ οἰκήσεως cum περὶ ἐνδομενίας et περὶ ἱματίων? Cur περὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν a capite περὶ ἀγροικίας divulsum inter περὶ ἀρωμάτων et περὶ πόλεων positum est, περὶ ὀστρακίνων autem et περὶ σκυτίνων tam longe a περὶ χρυσέων etc. delata sunt? Denique quis mensium nomina in fine totius lexici adnexa non miratur, cum de rebus caelestibus et diebus festis initio sermo fuerit? Magis etiam obscuratus est ordo sanus in Mont.; velut περὶ ναῶν et περὶ θεωριῶν ad deos referenda esse, περὶ ἑρπετῶν non inter περὶ συγγενείας et περὶ πόλεων, sed post bestias

1) Intra capita similem obtinere rationem capitibus περὶ ἀργυρέων inter se a Krumb. p. 10 sqq. collatis docemur. Ceterum ut eluceat, quanta saepe intercedat similitudo, cc. περὶ θεωριῶν all. Mont. cum Steph. comparari possunt.

collocandum, περὶ μελῶν cum περὶ φύσεως σώματος ἀνθρωπίνου et περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων coniungendum fuisse quivis intelleget. Ex Stephanianis quae huc faciunt afferre supersedeo: satis sit licentiam in eis lexicis notasse, ubi facile assequaris consilium in capitibus disponendis et componendis regnasse [1]). Quae cum ita sint, bene nobis consuluit fortuna, quod unum saltem servatum est exemplum, cuius capitum ordo vix ulli opinor sit obnoxius reprehensioni.

Useneri erga me benevolentia codex mihi innotuit Neapolitanus, qui inter alia duo continet lexica secundum res ordinata. Mense Martio anni 1874 Neapoli multa ex hoc manuscripto scitu dignissima excerpserat; quibus omnibus mihi concessit utut luberet uti [2]). Codex est bibliothecae olim Borbonicae, nunc nationalis, Graec. II D 35, chartaceus, saec. XVI., forma oblonga minore; continet:

f. 1—28: „eine moderne lexicologische und grammatische Sammlung".

f. 37—43: „griechische und lateinische Conversations-Stücke".

f. 44^{r}: „beginnt ein sachlich geordnetes griechisch-lateinisches Glossar". „[44 index. 45^{v}—50^{v} capita I—VI]".

1) Hic afferre placet, quae Krumbacher in universum de his rebus disputavit: p. 9 „Ex capitulorum titulis ita comparatis apparere credo Interpretamentorum scriptores posteriores licet unius exempli antiquioris fidem secuti sint, tamen in capitibus eligendis et disponendis suo ipsorum iudicio usos esse". Maxime vero adn. 19, p. 63: „Ordinem capitulorum tantopere variantem fortasse ita explices, ut statuas singula capita a ludimagistris vel discipulis ad usum scholae cottidianum in singulis foliis inscripta foliaque deinde, quod minime mirum, turbata esse". Tamen hoc modo ἀπόρημα nostrum qui solvit, ei mirum videri debet, quod non plura perturbata sunt totusque tenor nusquam est deletus. Equidem cogitavi de capitibus omissis, additis, ex aliis exemplaribus insertis, primum omissis deinde additis, consilio certo aliis agglutinatis similibusque mutationibus disiectis.

2) Qui hunc codicem descripsit Cyrillus in „catalogi librorum bibliothecae Borbonicae" vol. II, p. 76 sqq. [cod. est CXXXI], munere suo ita functus est, ut non mirer, qui haec interpretamenta virorum doctorum aciem tam diu fugerint.

f. 51r—81v: „griechisch-lateinisches Glossar“.

f. 83r—167v: „ein lateinisch-griechisches Glossar mit grösseren Zwischenräumen, auf Nachträge berechnet; von einem neueren Gelehrten angelegt“.

f. 169: „Zahlwörter [griechisch-lateinisch]“.

f. 171r: „ein neues sachlich geordnetes griechisch-lateinisches Glossar, als II. Buch ἑρμηνευμάτων eingeführt; ein index dazu 171—172r. Das Lexicon selbst folgt:

f. 172v—233v; enthält Capitel I—XLIII, worin es abbricht. Es fehlen noch die 7 letzten Capitel“.

Atque si, quae inde a f. 37 usque ad 81 decurrunt, comprehenderis, continuo agnosces easdem tres partes, quibus cetera interpretamenta constant, hic quoque redire: colloquium, lexicon in capita digestum, glossarium ad ordinem elementorum decurrens; nisi quod in Mon. et B. Rh. pars colloquiorum a ceteris divulsa, in Leid. tota in fine totius collectionis posita sunt, glossarium autem ad ordinem litterarum dispositum in Mon. Leid. lexico per capita decurrenti antecedit.

Colloquium collectionis Neapolitanae [f. 37—43] redit in cod. Paris. 3049 et omissa praefatione in Bonaventurae Vulcanii „Thes. utr. ling.“ ed. Lugd. Bat. 1600 post indicem in foliis non numeratis, sed Nn signatis, ex Beati Rhenani — ut videtur — editione petitum, quae prodiit Basileae 1516, a Vulcanio vero passim mutatum[1]). Memoria eius redintegrata est editione Boucheriana[2]); collatum autem cum Beati Rhenani editione ex Mauritii Hauptii schedulis post ipsius mortem anno 1874 editum est[3]). Alteram huius colloquii recensionem „plus

1) B. Rh. editio inest in hoc libro: „Theodori Gazae Thessalonicensis, Grammaticae institutionis libri duo, . . . sic translati per Erasmum Roterodamum“. Basileae. apud Io. Frobenium. Anno 1516. Altera eiusdem operis editio videtur esse: „Colloquiorum familiarium incerto auctore libellus. graece et latine“. ed. B. Rh. Lovanii apud Theodoricum Martinum. Anno 1517. 4°. cf. Masscbieau l. l. p. 457 sqq. et Krumb. p. 57.

2) l. l. p. 478—494. [202—218].

3) in indice lect. hib. 1874 Berolini habend. = opusc. II, 508—520.

viginti“ locis integriorem meliorisque notae secundum Krumbacherum in Mon. habemus; apposui, quae de ea adhuc innotuerunt notabilia, singulis locis. Incipit colloquium Neapolitanum a verbis Σὺν ἀγαθῇ τύχῃ καὶ εὐτυχῶς . ἐπειδὴ ὁρῶ πολλοὺς etc.; desinit in ἐξυπνήσατε, ἵνα ἐκδράμω; descriptum habeo textum Graecum usque ad verba ἀσπάσασθαι τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, cetera cum editione Vulcanii ab Usenero collata sunt. Ego numeris utar Hauptianis; Parisinus 3049 litera P, exemplar Beati Rhenani Basileense B, editio Hauptiana H, Boucheriana Bo significabuntur; codicem Neapolitanum indicabo litera N, eius lexicon secundum res ordinatum prius N I, posterius N II.

p. 509 v. 6 μήτε NPB. Bo., idem simili loco in Mont. cf. Bouch. 309 [33] [μηδὲ H.]. — vv. 9 sq. τῇ ἐμῇ κακοπαθείᾳ καὶ φιλοπονίᾳ NPB. Bo. [τῆς ἐμῆς κακοπαθείας καὶ φιλοπονίας H.]. — v. 11 ποῆσαι. — v. 12 ὅπως NPB. H. [ὥστε Bo.]. — v. 14 συγγράψαι NPB. Bo. [συγγράψαιμι H.] συγγράψωμαι simili loco Mont. Bouch. p. 309 [33]. — v. 16 καθῶς. — v. 25 μήτε NPB. Mon. Bo. [μηδὲ H.]. Pro ἀκριβέστερον Mon. [μᾶλλον] ἐκζεζητημένον, quo latinum „exquisitius“ ad verbum redditur. Post ἀκριβέστερον infinitivus, quem H desiderat, hic quoque deest; invenitur in Mon. ἑρμηνεῦσαι „interpretasse“. — v. 29 βίβλῳ N. — v. 30 κατὰ corr. m. 1. ex καὶ. Quae inde a v. 28 leguntur, in Mon. inverso ordine exstant, ut primus liber secundus fiat.

p. 510 v. 5 ex N discimus ab ἐπειδὴ novum coepisse enuntiatum: νῦν οὖν ἄρχομαι γράφειν. Ἐπειδὴ νηπίοις παισὶν . . ., δι' ἧς . . . προσβιβασθῶσι, τούτου ἕνεκεν . . . συνέγραψα, ἃ ὑποτεταγμένα εἰσί. cf. Bouch. 309 [33] ima. — v. 7 ἑώρων N. cum cet. ἑώρουν B. — v. 11 λαλεῖν ante προσβιβασθῶσι, quod Bouch. supplere voluit, hic quoque deest. — 16 ὕπνου[1]). ἀνέστην ἐκ NB. BoH. ὕπνου ἀνέστην P. — 17 ὑποδεσμίας NBV. ὑπεδεσμίας P. — 18 ὑποδυσάμην NPB. H. ὑποδησάμην corr. BoV. —

1) Inde ab πρὸ τοῦ ὄρθρου ἐγρηγόρησα Bonaventurae Vulcanii textus incipit. Hinc repetita invenies eadem in Caroli Labbaei glossariis. Gr. L. et L. G. edd. cum aliis opusc. Londini. in aed. Valp. 1816—26. p. 426—9.

21. εἶτα τὴν ὄψιν ἐνιψάμην, nulla interpunctione ante ἐνιψάμην posita, ut H voluit. — 22. ἀπέθηκα N. cum ceteris. ἐπέθηκα P Bouch. teste. μήτραν N. Bouch. adnotavit „Mitra désigne probablement le serre-tête. Il semble cependant que notre jeune garçon aurait dû s'en débarrasser avant de commencer ses ablutions“. In Mon. legitur ἀπέθηκα τὴν ἐγκοίμητραν: „deposui dormitoria[m]“; quae cum et sententiae sint aptiora et vocabula rariora, quaeque potuerint facile depravari, cum Krumbachero haec lectio prior iudicanda. — 24. περιεζωσάμην N. cum ceteris. περεζωσάμην P. — 26. περὶ τὸν τράχηλον N. c. c. τὸν om. P. — 28. λευκὴν NPB. Bo. λευκὸν V H. Ex Krumbacheri libro didici solam Mon. in textu latino pro vulgato „super aliam albam“, quod temere mutavit V, „superariam“ praebere, genuinam lectionem. λευκὴν ἐπάνω N. λευκήν· ἐπάνω BP. 29. φελώνην NPBo. φαινώλην B. φαινόλην VH. — 31. ἀσπάσασθαι NPV. Bo H. ἀσπάσεσθαι B.

517, 23. p. 4 Vul. 3r. ξυστρὸν NP. ξυστρὰν BV. — 24 sq. λάβετε τὸν τόπον N. λάβετε τόπον PBV. — 30. τἀπόπατον NP. ἀπόπατον BV. — 33. ὑπόδησόν με N. c. c. ὑπόδυσόν με V. — 518, 9. πειράζω NB. πειράσω PV. — 17 sq. ἐπίδος ξυστρὸν N. ξυστρὰν PB. ξύστραν V. — 21. ὑπόδησόν με N. c. c. ὑπόδυσόν με V. ἐπίδος ἐπικάρσιον NB. V H. εἴσαγε τὸν θεῖον P. Bo. — 24 sq. δίεδρον N. c. c. διέδραν V. — 26. τί στήκεις NP. τί ἑστήκεις BV. — 30—519, 1 ἢ καρὴν, αὐτὸ ἐκείνῳ N. ἢ καρηνόν, αὐτὸ ἐκείνῳ PBV. κάροινον Bo. κάρηνον H. — 4 sq. βάλε νεαρὸν N. c. c. βάλλε νεαρὸν V. — 5 sq. τί στήκετε NB. τί στέκετε P. τί ἑστήκετε V. — 11. χειρομάγιον NB. χειρόμακτον P. χειρομάχιον V. — 13 sq. δὸς συκωτὸν τρυφερὸν N. c. c. δὸς σῦκον τὸ τρυφερὸν V. — 19. ταρίχιον . τριχίους . λόβια . ὅρμηνον N. ταριχὸν τραχίους λόβια ὄρνιθον P. ταρίχιον, τριχίους, λόβια, ὅρμηνον B. ταρίχιον, τριχίδας, λώβια, ὅρμινον V. — 25 sq. τυρὸν νεαρόπαστον NB. νεόπαστον P. νεαροπαστὸν V. [νεόσπαστον Bo. νεόπηκτον H.]. In versione latina „caseum prosalsum“ NB. „recentem“ P. Bo. „recens aspersum“ V. Meliora igitur quam P et B N nos docet in interpunctione p. 510 vv. 5 sqq. restituenda; peccavit in interpungendo post vocem p. 510, 28 λευκὴν ante ἐπάνω. Non repeto, quibus locis seu libro P seu B N praeferendus sit. Videmus maiorem certe inter B et N [1]) quam inter P et N [2]) consensum esse; dissentiunt P et N ubi aut librarius quid peccavit [3]) aut in P temere mutatum est. Titulum illum, qui Boucherium in errores abduxit, Πολυδεύκους περὶ καθημερινῆς ὁμιλίας in uno P exstantem nil nisi Hermonymi molestum additamentum esse iam intelleximus. Sunt quae minus facile expedias. Non urgeo, quod 517, 24—25 N λάβετε τὸν τόπον praebet: usitatum est τόπον διδόναι sine articulo itaque PB rectius; 518, 9 pro πειράσω P πειράζω [lat. tento] cum NB scribendum est. Quod gravius est: 518, 21 NB praebent ἐπίδος ἐπικάρσιον „adice amiculum“, P contra εἴσαγε τὸν θεῖον „adduce avunculum“. Quae difficultas sic expeditur: ex „adice amiculum“ ortum est „adice avunculum“ vel „adduce amiculum“ vel simile quid; supervenit qui correxit „adduce avunculum“; quibus verbis Graeca adaptata sunt ab homine, qui aliquo saltem modo graece loqui calluit. Nam vix adducar, ut credam ἐπικάρσιον inventum esse a correctore, ut „amiculum“ verteret; nam ἐπικάρσιον pro vestimento dictum praeter hunc locum frustra requiras [4]). Vides quo tendam: Hermonymum incusaturus sum; cuius manum cum in Πολυδεύκους adiecto, εἴσαγε τὸν θεῖον inlato deprehenderimus, vix repugnabis, si ὄρνιθον μετὰ γάρου „avem linquamen“ pro ὄρμενον μετὰ γάρου „cyma cum liquamine“ eius διορθώσει nos debere contenderim; quamquam haud ignoro ὀρνίθιον saltem ei scribendum fuisse.

Priusquam ad meam provinciam — lexicon per capita decurrens — accedam, pauca praemonenda de praefationis inde a σὺν ἀγαθῇ τύχῃ ad ἃ ὑποτεταγμένα εἰσί a Vulcanio prorsus spretae indole atque consilio. Tres libri interpretamentorum

1) Cf. ὕπνου . ἀνέστην | ὑποδεσμίας | περὶ τὸν τράχηλον | πειράζω | ἐπίδος ἐπικάρσιον | στήκετε | χειρομάγιον | νεαρόπαστον.

2) φελώνην | ἀσπάσασθαι | ξυστρόν | τἀπόπατον | τί στήκεις.

3) N in ποῆσαι | βίβλῳ | μήτραν | ἤκαρῆν | τριχίους | ὅρμηνον. P in ὑπεδεσμίας | ἐπέθηκα | περεζωσάμην | περιτράχηλον | στέκετε | χειρόμακτον | ταρίχον | τραχίους all.

4) Cf. Mont. 319 [43] δὸς ἡμῖν ἐπικαρσίαν = „da nobis amiculam“. Ceterum video simili modo de hoc loco iudicatum a Krumb. 57 sq.

promittuntur: cπως ἐν τρισὶ βιβλίοις ἑρμηνευμάτων πάντα τὰ ῥήματα συγγράψαι et μηδένα βέλτιον μήτε ἀκριβέστερον πλὴν ἐμοῦ ἐν τρισὶ βιβλίοις ἃ συνέγραψα. Duo accuratius indicantur: ·ὧν πρῶτον ἔσται τῆς ἡμετέρας ἑρμηνείας · ἐν τούτῳ μὲν τῷ βιβλίῳ πλείονα ῥήματα κατὰ τάξιν τῶν διαφόρων πραγμάτων συνέταξα . ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ πάντα τὰ ῥήματα συνέγραψα κατὰ τάξιν στοιχείων ἀπὸ τοῦ πρώτου γράμματος μέχρι τοῦ τελευταίου γράμματος. De tertio libro nihil additur. Pergit νῦν οὖν ἄρχομαι γράφειν, ita ut exspectemus lexicon secundum res ordinatum continuo esse secuturum; quae spes nos misere fallit: sequitur enim nova praefatio, qua conversatio cotidiana introducitur: ἐπειδὴ νηπίοις παισὶν . . . τούτου ἕνεκεν διὰ βραχέων περὶ ὁμιλίας καθημερινῆς συνέγραψα, ἃ ὑποτεταγμένα εἰσί. Miramur certe, quod quamquam antea de tribus libris interpretamentorum sermo fuit, conversatio illa omnino non nominata est[1]), quae tamen hoc loco ut liber primus de improviso plane incidit. Hic addo, quae f. 171r ante alterum lexicon secundum res in capita digestum leguntur: Graeca enim Usener enotavit: ἐπειδὴ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῶν ἑρμηνευμάτων ἐπηγγειλάμην συγγράψαι ῥημάτων πολυπλήθειαν, τοῦτο τὸ βιβλίον δεύτερον ἔσται τῆς ἡμετέρας ἑρμηνίας . ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἔσται γεγραμμένα περὶ πάντων πραγμάτων, καὶ τὰ κεφάλεια αὐτῶν καὶ προσηγορίαι αὐτῶν ἑνὸς ἑκάστου . νῦν οὖν ἄρξομαι γράφειν. Videtur haec cum priore praefatione cohaerere; redeunt ἐπειδὴ | συγγράψαι | ῥημάτων πολυπλήθεια | δεύτερον [πρῶτον] ἔσται ,τῆς ἡμετέρας ἑρμηνείας | περὶ πραγμάτων | νῦν οὖν ἄρξομαι γράφειν. Nec mihi dubium, quin verbis ἐπειδὴ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῶν ἑρμηνευμάτων ἐπηγγειλάμην relegetur lector ad priorem praefatiunculam; cuius verba quam male intellexerit auctor patet: illic enim promissum erat primo libro[2]) lexicon secundum res ordinatum conscriptum iri, secundo secundum elementa: nunc alterum lexicon in capita digestum adnectitur. Itaque quicumque haec scripsit, interpretamentorum intimam naturam multo etiam minus perspectam habuit quam prioris

1) Sed cf. quae infra p. 19 leguntur.

2) Sed cf. infra p. 19 sq.

praefationis auctor[1]); eundem enim utramque composuisse ideo non credo, quod prior non solum N cum PB communis est — exstitit igitur in archetypo —, sed etiam persimilis in Mon. legitur, quae recensio saeculo XII multo est antiquior nec non similia in Mont. saec. IX exarato. Alterius praefationis praeter N exemplar mihi non innotuit. Estne ab eo consarcinatum, qui N II toti corpori in N descripto iniunxit?

Quam misere hae praefatiunculae se habeant, paucis notasse sat erit: μήτε pro μηδέ, ῥήματα (verba!) pro ὀνόματα [cf. πίναξ τοῦ παρόντος λεξικοῦ τοῦ περὶ διαφόρων ὀνομάτων ante capitum tabulam], φείδεσθαί τινι pro τινος (parcere alicui!), κακοπαθείᾳ pro „labori", τοῦ μὴ ποιῆσαι, ὅπως συγγράψαι[2]) „quominus facerem, ut conscriberem". Nec latinus textus caret difficultatibus cum graeco ei communibus: desunt saltem multa ad sententiam complendam necessaria: „sed volo omnibus palam facere neminem melius neque exquisitius quam me in tribus libris quos conscripsi." Infinitivum, qui indicet, quid palam facere velit, Mon. suppeditat ἑρμηνεῦσαι „interpretasse". „Quorum primus erit nostrae interpretationis", non intelleguntur; fuit tale quid: „quorum [qui continuo sequitur] primus c. n. i." vel „quorum [quem utilissimum duco] primus c. n. i." vel simplex „quorum [hic] primus c. n. i."[3])

Iam conferas epistulam Beati Rhenani ad Lucam Edenbergium datam, Basilea nov. 1516[4]). Frobenio miserat illud „familiaris colloquii συγγραμμάτιον", quod prodiit ao 1517; pergit sic: „de rebus familiaribus graece colloqui . . . hic libellus te nonnihil edocebit, iam olim a studioso quopiam Graece ac Latine mediocriter callente e dictionariis non infeliciter omnino

1) Multo brevior praefatio Mont. libro I, qui conv. cot. continet, praemittitur, sed nostrae, ut supra quibusdam locis indicavi, perquam similis; explicit his verbis: ἄρχομαι γράφειν ἀπὸ ἄλφα ἕως ω = incipio scribere ab alfa usque o: nonne iam lexicon κ. στ. decurrens expectamus? Sequitur continuo conversatio.

2) Facili mutatione H συγγράψαιμι scripsit.

3) Aliam interpretationem v. infra p. 19.

4) Cf. Theod. Gaz. l. l. ante colloquia. Massebieau not. et extr. XXVII, II, 458. Krumb. 47.

concinnatus. Atque, ut rem intelligas, is, quisquis fuit, opusculum consarcinavit tribus distinctum libris, ceu praefatiuncula, quae huic libello praeponi solet, rectius in operis frontispicio collocanda, testatum reliquit. Primo vocabula complexus iuxta capita rerum instar Iulii Pollucis [1]), hunc in modum

Θεῶν ὀνόματα, hoc est, Deorum nomina.

Περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ, hoc est, De hiis quae apud inferos.

Περὶ θεοσεβείας, hoc est, de religione.

Περὶ ναῶν ἱερῶν, hoc est, de aedibus sacris, et sic deinceps, qui liber etiamnum exstat, utinam tam doctus, quam certe posset esse studiosis omnibus utilis, si foret castigatus. Secundo dictiones iuxta seriem elementariam digessit. Tertio vocabulorum usum docet, orationem ex illis contexens, quem nunc in publicum damus". Hunc tertium librum cum sciamus primum esse in codice Neapolitano [2]), discamus vero quattuor capitum libri primi titulos οὐδὲ γρῦ mutato in initio unius N I, quod statim videbis, redire, iam constat Beatum Rhenanum eiusdem interpretamentorum corporis, quod Neapolitani foliis 37—81 magna ex parte servatum exstat, alteram habuisse recensionem. Una differunt praefatiuncula illa stultissima in N re vera „in operis frontispicio" collocata, in Beati Rhenani exemplari alterum lexicon secuta. Itaque de communi archetypo cogitandum, cuius redactor praefatiunculam illam composuerit totique collectioni praemiserit rationem eius indicaturam; quam N librarius suo loco servavit, Rhenaniani exemplaris scriba cum καθημερινῇ

1) Cf. Raphaelis Volaterrani Commentariorum urbanorum librum IV, ubi p. 56 haec invenies tradita: „Deindo Fidentiola a dextera vetus oppidum; ab laeva novo nomine oppidum Bobium ad Apennini iuga situm, ubi nobile coenobium a Theodolinda regina Longobardorum exstructum. Hic anno 1493 huiuscemodi libri reperti sunt: Rutilius Naumatianus. Heroicum Sulpicii carmen. 70 epigrammata. Terentius Maurus . . . . liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, set hoc amplius: Latina Graecis vocabulis respondent". cf. M. Hauptii indic. lect. hib. Berol. anni 1871, p. IV. = opusc. II, 442.

2) Intersunt, ut supra vidimus [cf. p. 13 sqq.], lectionis varietates nonnullae: interpunctio diversa 510, 5 et 28; articulus in N appositus in B omissus 517, 25 et 30 all.

ομιλίᾳ transposuit, ut conversationes — quod debebant — ultimum teneant locum. Potest autem praefatiuncula aliquando cum colloquiis non coniuncta exstitisse, sed lexico in capita digesto praecessisse [1]).

Lexico N I praefixa leguntur haec: Πῆναξ [l. πίναξ] τοῦ παρόντος λεξικοῦ τοῦ περὶ διαφόρων ὀνομάτων.

I. Θεῶν ὀνόματα.
II. περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ.
III. περὶ θεοσεβείας.
IV. περὶ ναῶν ἱερῶν [2]).
V. περὶ θυσιῶν.
VI. περὶ ἑορτῶν.
VII. ὅσα ἐν θεάτρῳ.
VIII. ὅσα ἐν σταδίῳ.
IX. ὅσα ἐν ἀμφιθεάτρῳ.
X. ὅσα ἐν ἱπποδρομίῳ.
XI. περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ.
XII. περὶ τῶν οὐρανίων ἄστρων.
XIII. περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων. f. 44v.
XIV. περὶ ἀστέρων [3]).
XV. περὶ χρόνων.
XVI. μῆνες ἑλλήνων.
XVII. μῆνες ἀθηναίων.
XVIII. μῆνες αἰγυπτίων.
XIX. μῆνες ἑβραίων.
XX. μῆνες ῥωμαίων.
XXI. περὶ τῶν ἡμερῶν.
XXII. περὶ τῶν στοιχείων.
XXIII. περὶ τῶν ἀνέμων.
XXIV. περὶ θαλασσῶν.
XXV. περὶ τῶν γλυκέων ὑδάτων.
XXVI. περὶ ἀνθρωπίνων μελῶν.
XXVII. περὶ τῶν ἡλικιῶν.
XXVIII. περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων.

1) Difficultates, quae in praefatione insunt, hoc modo expedivit Useneri sagacitas: Verba ὧν πρῶτον ἔσται τῆς ἡμετέρας ἑρμηνείας accipit pro „in conloquiis sermonis familiaris versabitur", ita ut iam homiliae ut primus liber introducantur. Post ἑρμηνείας lacunam statuit sic fere explendam: <τὰ δὲ ἄλλα δύο ῥημάτων συντάξεις · ὧν> ἐν τῷ μὲν πρώτῳ βιβλίῳ κτλ. pro ἐν τούτῳ μὲν τῷ βιβλίῳ.

2) Videre est, quam meo iure dixerim eiusdem collectionis exemplar Beato Rhenano ad manus fuisse. Mutabit fortasse Krumbacher sententiam, quam p. 66 adn. 38 exposuit: Mon. capita a ludimagistro perturbata et mutata Beati Rhenani librum effecisse.

3) Ne quis miretur, quod „stellis caelestibus" sub XII. enumeratis insuper additur περὶ ἀστέρων, monco in Mont. sese excipere capita περὶ τῶν ζ' ἀστέρων πλανητῶν „de septem stellis erraticis" et περὶ ἄστρων οὐρανίων „de signis caelestibus". Prior titulus sub XIV. fortasse latet. Ceterum cf. ind. N II infra exhibendum.

XXIX. περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης.
XXX. περὶ γάμου.
XXXI. περὶ συγγενείας.
XXXII. περὶ βρωμάτων.
XXXIII. περὶ ποτῶν.
XXXIV. περὶ κρέατος.
XXXV. περὶ τῆς δευτέρας τραπέζης.
XXXVI. περὶ ἰχθύων.
XXXVII. περὶ πετεινῶν.
XXXVIII. περὶ τῶν τετραπόδων.
XXXIX. περὶ κυνηγεσίας.
XL. περὶ ἑρπετῶν καὶ σκωλήκων.
XLI. περὶ ἀγροικίας.
XLII. περὶ ἐργαλείων.
XLIII. περὶ δένδρων.
XLIV. περὶ ἀμπελῶνος καὶ τρυγητοῦ.
XLV. περὶ λαχάνων.
XLVI. περὶ ἀνθέων.
XLVII. περὶ ὀσπρίων.
XLVIII. περὶ πόλεως καὶ ἰδίων αὐτῆς.
XLIX. περὶ οἰκήσεως.
L. περὶ ἐνδομενείας [l. -νίας]. [„De supellectili“].
LI. περὶ σκευῶν ὀστρακίνων.
LII. περὶ τεχνητῶν [l. τεχνιτῶν]. [„De opificibus“ m. eadem.]
LIII. περὶ ἱματίων.
LIV. περὶ σκυτείνων [l. σκυτίνων]. [„De scorteis seu de rebus ex corio“].
LV. περὶ ἀρωμάτων.
LVI. περὶ πλούτου.
LVII. περὶ πολιτείας.
LVIII. περὶ ἀρχόντων.
LIX. περὶ νόμων.

Sex capita prima aetatem tulerunt sexto mutilato, quae eodem, qui indicatus est, ordine decurrunt. Usener, qui ipse pauca excerpserat, omnia ex N I quae servata sunt, a iuvene secum coniunctissimo Friderico Koeppio mense Augusto huius anni Neapoli versato meum in usum describenda curavit; cui quod libenter huic negotio vacavit, gratiae habendae. — Primum caput bipartitum est: f. 45^{v} et 46^{r} cum generalia quaedam deorum nomina, tum dii masculini generis enumerantur; deae secuntur f. 46^{v} [1]).

f. 45^{v}. I. Ὀνόματα θεῶν. Nomina deorum.

Οἱ θεοὶ ἀθάνατοι.	ῶν.	Dii immortales.
οἱ θεοὶ ἱλεοῖ.	ων.	Dii propitii.

1) Librarii eos errores, quibus nil discimus, [velut latina nomina semper a magna littera incipientia nonnumquam parva scripsit] tacitus corrigo.

οἱ θεοὶ οὐράνιοι.	ων.	Dii caelestes.
οἱ θεοὶ μέγιστοι.	ων.	Dii maximi.
οἱ θεοὶ ὕψιστοι.	ων.	Dii summi.
οἱ θεοὶ κύδατοι [1]).	ων.	Dii gloriosissimi.
οἱ θεοὶ ἐπίγειοι.	ων.	Dii terrestres.
οἱ θεοὶ ὑπόγειοι ἢ καταχθόνιοι	ων.	Dii Manes.
οἱ θεοὶ κατοικίδιοι.	ων.	Lares. Genii.
οἱ θεοὶ πατρῷοι.	ων.	Penates.
οἱ θεοὶ θαλάσσιοι.	ων.	Dii marini.
ὁ ἡμίθεος.	ου.	Semideus. Indigenes [2]).
ὁ κρόνος μέγιστος.	ου.	Saturnus pater.
ὁ ζεὺς.	διὸς.	Iuppiter.
ὁ ποσειδῶν.	νος.	Neptunus.
ὁ πλούτων.	νος.	Pluto. Diespiter. Ditis.
ὁ ἡρακλῆς.	κλέος.	Hercules.
ὁ ἥφαιστος.	ου.	Vulcanus.
ὁ ἀπόλλων.	νος.	Apollo.
ὁ ἔρως.	τος.	Amor.
ὁ διόνυσος.	ου.	Liber pater. Bacchus.
ὁ ἑρμῆς.	οῦ.	Mercurius.
ὁ σάραπις.	δος.	Serapis.
ὁ ἀσκληπιὸς.	οῦ.	Aesculapius.
ὁ ἄρης.	εως.	Mars.
ὁ ἐνάλιος [3]).	ου.	Quirinus.
ὁ ἄδωνις.	δος.	Adonis.
οἱ διοσκοῦροι [4]).	ων.	Castor et Pollux.
ὁ παλαίμων.	νος.	Portunus.
ὁ καρποφόρος.	ου.	Fructifer [5]).

1) κυδότατοι? κύδιστοι? in glossariis aliis non inveniuntur.

2) corr. Indiges. cf. Cyr.: Ἡμίθεος, Semideus. Indiges. Philox.: Indigetes Ἡμίθεοι, κουρῆτες.

3) corr. ἐνυάλιος. cf. Cyr. ἐνυάλιος, Quirinus.

4) nos διόσκουροι Mont. Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

5) Cyr. καρποφόρος Frugifer. „Onomasticon vetus“ [sed elementorum ordinem secutum!] latinograecum, ed. Argentor. 1536, Calepino praefixum, apud Labbaeum = O: „Frugifer Fructifer Καρποφόρος“.

f. 46r. ὁ ὑμέναιος. ου. Hymenaeus.
ὁ ἐφιάλτης. ου. Incubus.
ὁ [vacat!] Succubus.
ὁ σιλβανὸς [1]). οῦ. Siluanus.
ὁ σάτυρος. ου Satyrus.
τὸ θέσφατον. ου. } Fatum.
ἡ εἱμαρμένη. } ης. }
ἡ πεπρωμένη. }
τὸ θεμιτὸν. οῦ. } Fas.
ἡ θέμις. τος. }
ὁ πὰν. νὸς. Pan.
ὁ σειληνὸς. οῦ. Silenus.
ὁ θάνατος. ου. Mors.
ὁ ὕπνος. ου. Somnus.
ὁ δαίμων. ος. Genius. Daemon.
ὁ ἥλιος. ου. Sol.
ἡ σελήνη καὶ μήνη. ης. Luna.

Pars folii 46r vacua est.

f. 46v. ἡ ἥρα βασίλεισσα [2]). ης. Iuno Regina.
ἀθηνᾶ. ᾶς. } Minerva.
παλλὰς. δος. }
λητὼ. οῦς. Latona.
ἄρτεμις. δος. Diana.
ῥέα. ας. Opis.
εἰλήθυια [3]). ας. Lucina.
οὐρανία. ας. Caelestis. Urania.
ἀφροδίτη. ης. Venus.
τηρ. τέρος.
δήμητρα. ας. Ceres.
νομία. ας. Pales.
περσεφόνη. ης. Proserpina.
κυβέλη. ης. Cybele.
μήτηρ θεῶν. Mater deorum.

1) Mont. πάν [v. infra] et ὑλέτης.
2) corr. βασίλισσα. cf. Mont. Articuli deinceps desunt.
3) cf. p. 35 adn. 5.

γαῖα. ας. Tellus.
χθὼν. νὸς. Terra.
ἐννυὼ [1]) μήτηρ ἄρεως. οῦς. Bellona mater Martis.
τύχη. ης. Fortuna.
μοῖρα. ας. Parca.
σεμέλη. ης. Semele.
ἐλευθερία. ας. Libertas.
εὐγένεια. ας. Ingenuitas.
ὁμόνοια. ας. Concordia.
ὑγεία. ας. Sanitas [2]).
σωτηρία. ας. Salus.
ὀργὴ. ῆς. Ira.
ἀνδρεία. δύναμις. ας. Virtus. Fortitudo.
καύχησις. δόξα. εὐδοξία. Gloria.
ἡμέρα. ας. Dies.

Non aliter haec se habent in Mont., nisi quod sanctissimae et potentissimae deae illic, quia antea [3]) scriptum erat οὕτως δὲ ἐφάνη μοι ἄρξασθαι θεοὺς πρῶτον ὀνομάσαι τοὺς δώδεκα, iam initio praeoccupatae erant: Ἥρα, Ἀθηνᾶ, Ἀφροδίτη, Ἄρτεμις, Δημήτηρ; redeunt postea praeter Ἀθηνᾶ et Δημήτηρ. In Leid. Mon. Steph. θεῶν et θεάων ὀνόματα titulo quoque separata inveniuntur.

Caput secundum περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ — B. Rh. si excipis — usque ad hunc diem ignotum erat; Mont. vel Steph. si inspicies, invenies haud pauca quae huc faciunt in primo capite: velut — Plutonem et Proserpinam omitto — Νέμεσις, Μοῖραι, Ἐριννύες, sed haec pro nostri capitis ambitu satis sunt levidensia.

1) corr. ἐννώ.
2) Mont. νγια [scil. ὑγεία] salus
σωτηρία salvatio.
minus recte puto. infra Mont. σωτηρία salubritas.
3) not. et extr. XXIII, II, 329 [53].

f. 47r.	Περὶ τῶν ἐν ᾅδῃ.		De iis quae in inferno.
	ὁ ᾅδης.	ου.	Infernus.
	τὸ ἄορνον.	ου.	Avernus.
	ἡ ἄβυσσος.	ου.	Abyssus.
	τὸ βάραθρον.	ου.	Barathrum.
	ἡ γέεννα.	ης.	Geenna.
	ὁ ἔρεβος.	ου.	Erebus.
	ὁ τάρταρος.	ου.	Tartarus.
	τὸ ἠλυσιον πεδίον.	ου.	Elysius campus.
	ὁ δαίμων.	νος.	Daemon. Genius.
	ὁ διάβολος.	ου.	Diabolus. Calumniator.
	ὁ βελίαρ	ος.	Beliar.
	οἱ δαίμονες καταχθόνιοι.	ων.	Manes. Dii terrestres.
	τὰ προσωπεῖα.	ων.	Personae. Larvae.
	αἱ λάμιαι.	ῶν.	Lamiae.
	ὁ κένταυρος.	ου.	Centaurus.
	ἡ σκύλλα.	ης.	Scylla.
	ἡ γοργὼ.	οῦς.	Gorgon [1]).
	ἡ ἅρπυια.	ας.	Harpyia.
	αἱ εὐμενίδες.	δων.	Eumenides. Furiae.
	αἱ ναΐδες.	δων.	Naiades.
	αἱ ἐριννύες.	ων.	Erinae [2]).
	αἱ ἐκδικήσεις.	ων.	Ultrices.
	αἱ ἀραὶ.	ῶν.	Dirae.
	αἱ μοῖραι / αἱ κῆρες	ῶν.	Parcae.
	ἡ κλωθὼ.	οῦς.	Clotho.
	ἡ λάχεσις.	εως.	Lachesis.
	ἡ ἄτροπος.	ου.	Atropos.
f. 47v.	αἱ ὀργαὶ.	ῶν.	Irae. Furiae.
	ἡ τισιφόνη.	ης.	Tessiphone [3]).

2) Gorgona? Prudent. et Serv. et Hyg. astron.

3) Ἐριννὺς Furia Cyr. Huic latinum non videtur ad manum fuisse verbum. An eo noluit uti ob „Eumenides. Furiae“ antecedentia?

4) scil. ἡ τισιφόνη ης. Tisiphone.

ἡ ἀλληκτὼ.	οῦς.	Alecto.
ἡ μέγαιρα.	ας.	Megaera.
ὁ ἀχέρων.	ντος.	Acheron.
ἡ στὺξ.	γὸς.	Styx.
ὁ πυριφλεγέθων.	ος.	Flegethon [1]).
ὁ κωκυτὸς.	οῦ.	Cocytus.
ὁ χάρων.	νος.	Charon. Orcus.
ὁ κέρβερος.	ου.	Cerberus.
ὁ μίνως.	νως.	Minos.
ὁ αἰακὸς.	οῦ.	Aeacus.
αἱ φροντίδες καὶ μελεδῶναι.	ῶν.	Curae ultrices.
ἡ νόσος.	ου.	Morbus.
τὸ γῆρας.	ρως.	Senium.
ὁ φόβος.	ου.	Metus.
ὁ λιμὸς.	οῦ.	Fames.
ὁ λοιμὸς.	οῦ.	Pestis.
ἡ στέρησις. πενία [2]).		Egestas.
ὁ κόπος καὶ πόνος.	ου.	Labor et dolor.
ὁ ὕπνος.	ου.	Somnus.
ὁ θάνατος.	ου.	Mors.
τὸ μῖσος.	ους.	Odium.
ἡ λήθη.	ης.	Obliuio.
ἡ δειλία.	ας.	Timor.

Monendum quattuor glossas inesse, quas sacras tuo iure nuncupes: ἡ ἄβυσσος. ου. Abyssus, ἡ γέεννα. ης. Geenna, ὁ διάβολος. ου. Diabolus. Calumniator, ὁ βελίαρ. ος. Beliar. ἀβ. et βελ. in Hesychio quoque exstant; in Cyr. „Ἄβυσσος, hoc Profundum, Abyssus“. „Διάβολος, Criminator“. Omnes in Novo testamento usitatissimae sunt, nec non ἀβ. γέ. apud LXX. βάραθρον numero eximi par erat, quippe quod iam apud antiquissimos cum ταρτάρῳ componeretur [3]).

1) nos „Phlegethon“.

2) intercidit fortasse aliquid. cf. Cyr. στέρησις orbitudo, orbitas. Phil. fraus. . . . στέρησις . . .

3) Incido in Archestrati versum: Καὶ κατὰ τοῦ βαράθρου καὶ ταρτάρου ἐς τὸν ὄλεθρον ἥκειν . . . Arch. Syr. sive Gel. rell. rec. W. Ribbeck. p. 22, frg. 61, v. 20 = Athen. III, 101 e.

Transeo ad caput tertium ipsum quoque ad hunc diem ignotum:

f. 48r.	III Περὶ θεοσεβείας.		De religione.
	ἡ θεοσέβεια.	ας.	Religio.
	ὁ θεοφιλὴς.	οῦς.	Religiosus.
	ἡ θρησκεία.	ας.	Superstitio. Ritus. Religio.
	ὁ ἱερεὺς.	έως.	Sacerdos.
	ὁ ἱερεὺς καίσαρος.		Flamineus [1]). Salius. Flamen.
	ὁ ἱερεὺς ἐπὶ σπονδῆς.		Fecialis.
	ὁ ἱερόληπτος.	ου.	Phanaticus [2]).
	ὁ ἱέραξ.	κος.	Dialis. Salius. Accipiter auis vel falco [3]).
	ὁ ἱεροφύλαξ	κος.	Aedituus.
	ὁ νεωκόρος.	ου.	Aedilis templi [4]).
	ὁ ἀγορανόμος.	ου.	Aeditius [5]). Aedilis.
	ὁ ἐπιστάσιος.	ου.	Stator in aede Iouis Statoris.
	ὁ μάντις.	εως.	Vates. Diuinator [6]).
f. 48v.	ὁ σπλαγχνοσκόπος.	ου.	Ariolus [7]).

1) scil. flaminicus. e correcta ex i. cf. flaminica = flaminis uxor.

2) nos „fanaticus". cf. Cyr.

3) Ordo turbatus est. Non inutile erit in comparationem vocare Cyrillum:

ʿΙέραξ,	Accipiter.
ʿΙερατία,	Sacerdocium.
ἱερεύς,	Sacerdos.
ἱερεὺς Καίσαρος,	Flaminicus, Salius, Flamen.
ἱερεὺς ἐπὶ σπονδῶν εἰρήνης,	Fecialis.
ἱερέως εἶδος,	Dialis, Salius.

Apud Philoxenum „Dialis" est ὁ τοῦ Διὸς ἱερεύς; tale quid in nostri archetypo exciderit; glossae reliquiae [= latina interpretatio] temere deinde in sequentem illatae sunt.

4) Mont. π. ναῶν: Νεωκόρος Aedituus.

5) corr. „aedilitius" vel „aedilicius". cf. Cyr. ἀγορανόμος, Edilicius, Edilis.

6) Mont. π. ναῶν: Μάνις Μάντις Divinus Vatis.

7) Mont. π. ναῶν: Σπλαγχνοσκόπος Haruspex . . .
. . . Προφήτης Ariolus.

ὁ ὀνειροκρίτης.	ου.	Coniector.
ὁ οἰωνοσκόπος.	ου.	Augur.
ὁ θυοσκόπος.	ου.	Aruspex.
ἡ ὀρνεοσκοπία.	ας.	Augurium.
τὸ οἰωνὸν.	οῦ.	Omen.
οἰωνίζομαι.	η.	Ominor. Auspicor.
προμηνύω.	εις.	Praesagio. Praenuntio.
τὸ χρηστήριον.	ου.	Oraculum.
οἱ χρησμοὶ.	ῶν.	Sortes. Responsa.
ὁ χρησμοδότης.	ου.	Sortilegus.
ὁ κλῆρος.	ου.	Sors.
τὸ θέσπισμα.	τος.	Oraculum. Scitum.
θεσπιωδεῖ ὁ θεὸς.		Respondet deus.
οἱ θρησκευταὶ.	ῶν.	Cultores.
οἱ μύσται.	ῶν.	Sacrati.
ὁ θεόληπτος.	ου.	Numine captus.
ὁ ἐνθουσιῶν / ὁ ἐντεθουσιασμένος		Lymphatus. Numine captus.
ἐνθουσιῶ. / θειάζω.	ᾷς. / εις.	Lymphor. Insanio.
ἡ θεία δωρεὰ.	ᾶς.	Indulgentiae.
βασκαίνω.	εις.	Fascino. Invideo. Liveo.
ὁ ἀβάσκαντος.	ου.	Infascinabilis.

Multa in hoc capite enumerata sunt, quae in Mont. et Steph. in fine capitis περὶ ναῶν [ἱερῶν] exstant. Quartum caput περὶ ναῶν ἱερῶν nostrae recensioni cum ceteris commune est. Insunt haec:

f. 49r.	IIII Περὶ ναῶν ἱερῶν.		De aedibus sacris.
	ʿΟ ναὸς ἱερὸς.	οῦ.	Aedes sacra.
	τὸ ναισκάριον.	ου.	Aedicula. Sacellum.
	τὸ ἵδρυμα καὶ καθίδρυμα.	τος.	Delubrum.
	ἱδρύω.	ύεις.	Loco. Colloco.
	τὸ ἱερὸν.	οῦ.	Phanum [1]). Sacrum.
	τὸ πρόναον.	ου.	Antetemplum.

1) nos „fanum".

τὸ ἀγνευτήριον.	ου.	Sacrarium.
ὁ βωμὸς.	οῦ.	Ara.
τὸ θυσιαστήριον.	ου.	Altare. Sanctuarium.
τὸ ὅσιον.	ου.	Sanctum.Pium.Castum.
τὸ θεῖον.	ου.	Numen. Sacrum. Divinum. Sanctum.
τὸ ἄδυτον.	ου.	Adytum.
ὁ ἄδυτος [1]).	ου.	Secretum. Interior.
τὸ σπήλαιον.	ου.	Antrum. Spelunca.
τὸ ἄλσος.	ους.	Lucus.
τὸ ἱερὸν τὸ ἐν ἄλσει.		Fanum.
τὸ ἱερὸν πανὸς.		Lupercal.
αἱ δᾷδες.	ῶν.	Taedae.
οἱ ἱππεῖς.	έων.	Equestres [2]).
τὰ ἀναθήματα.	ων.	Decoramenta.
τὰ παραθήματα [3]).	ων.	Insignia.
ὁ κόσμος.	ου.	Ornamentum.
αἱ ἀναγραφαὶ.	ῶν.	Tituli.
αἱ ζωγραφίαι.	ῶν.	Picturae.
τὰ θρόνια [4]).	ων.	Sedilia.
τὰ δῶρα.	ων.	Dona.
τὸ σκῆπτρον.	ου.	Sceptrum.
ἡ ἀσπὶς.	δος.	Clipeus.
τὰ ξόανα.	ων.	Sigilla.
τὸ ξόανον τῆς ἀθηνᾶς.		Palladium.
τὰ ἀγάλματα.	ων.	Simulacra.
f. 49ᵛ. αἱ εἰκόνες.	ων.	Icones. Imagines.
οἱ ἀνδριάντες.	ων.	Statuae humanae.
τὰ ἀνδριάνδια.	ων.	Statuculae [5]).
αἱ λαμπάδες.	ων.	Lampades. faculae.

1) cf. Hom. hym. Merc. 247.

2) cf. Cyr. ἱππεὺς equester.

3) corr. παρασήματα. cf. O ap. Labb. Redit c. V. f. 50ʳ.

4) cf. Et. M. p. 456, 28. Philox. „Sedile ὁ θρόνος".

5) Nec graecum nec latinum novimus. Estne illud ἀνδριαντάρια? cf. Philox.: „Sigillum ἀνδριαντάριον". schol. Lucian. Lexiph. 3. — „Statunculum" Petron. 50, 6. Fuitne „statunculae"?

τὰ κύμβαλα.	ων.	Cymbala.
ἡ σύριγξ.	γος.	Fistula.
οἱ αὐλοὶ.	ῶν.	Tibiae.
ἡ σύνοδος.	ου.	Conventus.

Quinti capitis titulus per Krumbacherum ex Mon. innotuit.

V. Περὶ θυσιῶν.		De sacrificiis.
ἡ θυσία.	ας.	Sacrificium.
τὸ θῦμα.	τος.	Hostia. Victima.
ἐπιθύω.	ύεις.	Incendo.
ὁ ἐπιθύτης.	ου.	Incensor.
ὁ ἐρυσιπέλας [1]).	τος.	Ignis sacer.
ἡ βοοθυσία [2]).	ας.	Immolatio.
καλλιερῶ.	εῖς.	Immolo. Victimo. as.
ὁ μοσχοθύτης.	ου.	Victimator.
τὰ σπλάγχνα.	ων.	Exta.
ἡ προσφορὰ.	ᾶς.	Oblatio.
f. 50ʳ. τὸ πέμμα.	τος.	Mola.
ἡ ζειὰ.	ᾶς.	Far. Ador. Mola.
ὁ μελίτυρος [3]).	ου.	Liba pluraliter tantum.
τὰ πόπανα.	ων.	
τὰ ἐπιχύματα [4]).	ων.	Libamina.
τὰ ἱερὰ.	ῶν.	Sacra.
ἡ ἀποθέωσις.	ως.	Consecratio.
ὁ καθαρμὸς.	οῦ.	Lustratio. Expiatio.
αἱ λιταὶ.	ῶν.	Preces.
ἡ ἱκεσία.	ας.	Supplicatio.
ἡ εὐχὴ.	ῆς.	Votum.
ἡ προσευχὴ.	ῆς.	Oratio.
τὰ καθάρματα.	ων.	Purgamenta.

1) Cyr. ἐρυσιπέλας, Ignis sacer. Philox. Sacer ignis 'Ερυσίπελας.

2) [scil. βουθυσία]. Philox. Bovilla βοοστασία. Cyr. Βοοστάσιον, Bovilium.

3) corr. μελιτηρὸς. οῦ. cf. Cyr.

4) cf. schol. Aesch. Prom. 499. — καταχύσματα usitatissimum. καταχύματα Ammon. ed. Valck. p. 78: τὰ καταχεόμενα ὕδατα ἐπὶ λουτρῶνος καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίων. cf. ἔγχυμα, ἔκχυμα, sim.

ἡ κάθαρσις.	εως.	Purgatio. Repurgamen [1]).
ὁ καθαρτικὸς.	οῦ.	Lustralis. Purgativus.
τὸ θυμίαμα.	τος.	Thus incensum.
ὁ λίβανος καὶ λιβανωτὸς	ου.	Thus incensum.
τὸ θυμιατήριον.	ου.	Acerra. Thuribulum.
τὰ καπνίσματα.	ων.	Suffimenta [2]).
θυμιῶ.	ᾷς.	Suffio. Adoleo [3]).
παραθήματα.	ων.	Insignia [4]).

Sextum denique caput in omnibus interpretamentis invenitur, nisi quod in Steph. περὶ ἡμερῶν βιωτῶν [corr. βιωτικῶν] audit.

f. 50ᵛ. VI. Περὶ ἑορτῶν. De diebus festis.

ἡ ἑορτὴ.	ῆς.	Festum.
ἡ πανήγυρις.	εως.	Celebritas.
αἱ ἀργίαι.	ῶν.	Feriae. Vacationes. Cessationes [5]).
τὰ κρόνια.	ων.	Saturnalia.
τὰ πύθια.	ων.	[vacat!]
τὸ ὀλύμπια.	ων.	Olympia.
τὰ νέμεα.	ων.	[vacat!]
τὰ ἴσθμια.	ων.	[vacat!]
τὰ παναθήναια.	ων.	Quinquatries [6]). Minervalia.
τὰ διονύσια.	ων.	Bacchanalia.
τὰ ἐλευθέρια.	ων.	Liberalia.
τὰ διονύσου μυστήρια.		Bacchi orgia.
τὰ λύκεια.	ων.	Lupercalia.

1) cf. Cyr. κάθαρσις. repurgacio. purgacio. Usener legit „Repurgium".

2) O. Suffimentum, θυμίαμα.

3) Cyr. θυμιαίνω, Suffio, Adolo. Phil. Suffio θυμιῶ. „Adolo" pro „adoleo" praeter Cyrilli locum mihi non notum.

4) cf. supra p. 28. adn. 3.

5) Cyr. Ἀργία Ocium, Cessacio, Socordia, Oscitantia, Pigritas.

6) Philox. „Quinquatria Παναθήναια". Quinquatries adhuc inauditum. Scribe „Quinquatrus". cf. Charis. 62 Putsch.

τὰ θεσμοφόρια τὰ θαλύσια ἀπὸ τοῦ θάλλω τὰ δημήτρια	ων.	Cerealia.
τὰ ὁροθέσια.	ων.	Terminalia.
τὰ νεκύσια τὰ νεκρώσιμα [1])	ων.	Parentalia.
τὰ ποσειδώνια.	ων.	Neptunalia.

Cetera perierunt.

Sequitur inde a f. 51 sqq. lexicon — promissum illud — ad litterarum ordinem compositum. Praefatio, qua ut δεύτερον ἑρμηνευμάτων βιβλίον introducatur, deest.

Statim me confero ad alterum lexicon secundum argumenta in certa capita digestum, quod incipit — post praefationem supra descriptam — medio f. 171ʳ. Index hic capitum praecedit:

I [2]). Θεῶν ὀνόματα. f. 171ᵛ.
II. περὶ οὐρανοῦ.
III. περὶ ἄστρων οὐρανίων.
IV. περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων.
V. περὶ πλανητῶν ἀστέρων.
VI. περὶ ναῶν ἱερῶν.
VII. περὶ θυσιῶν.
VIII. περὶ ἀνέμων.
IX. ὅσα ἐν τῷ θεάτρῳ.
X. ὅσα ἐν τῷ σταδίῳ.
XI. ὅσα ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ.
XII. ὅσα ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ.
XIII. περὶ ἀνθρωπίνων μελῶν.
XIV. περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων.
XV. περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης.
XVI. περὶ ἀρχόντων.
XVII. περὶ βρωμάτων.
XVIII. περὶ ποτῶν.
XIX. περὶ δευτέρας τραπέζης.
XX. περὶ λαχάνων.
XXI. περὶ ἰχθύων.
XXII. περὶ κρέως.
XXIII. περὶ ὀρνέων.
XXIV. περὶ τετραπόδων.
XXV. περὶ κυνηγεσίας.

1) „Parentalia" ubique audiunt νεκύσια. νεκρώσιμα ecclesiasticum sapit; νεκρώσιμον [τροπάριον] = canon pro mortuis decantari solitus.

2) Numeros ipse adieci.

XXVI. περὶ ἑρπετῶν. f. 172r
XXVII. περὶ οἰκήσεως.
XXVIII. περὶ δένδρων.
XXIX. περὶ ἀνθῶν.
XXX. περὶ τρυγετοῦ [„de vindemia“].
XXXI. περὶ ἱματίων.
XXXII. περὶ ὀσπρίων.
XXXIII. περὶ ὀστρακίνων [„de fictilibus“].
XXXIV. περὶ ἀρωμάτων.
XXXV. περὶ ἐργαλείων [„de ferramentis, sive instrumentis“].
XXXVI. περὶ πλούτου.
XXXVII. περὶ χρυσείων.
XXXVIII. περὶ ἀργυρέων.
XXXIX. περὶ χαλκῶν.
XL. περὶ σιδηρῶν.
XLI. περὶ ναυτιλίας.
XLII. περὶ ἰατρικῆς.
XLIII. περὶ ἱστουργίας.
XLIV. μῆνες ἑλλήνων.

Mirus est consensus cum Mon. Deest quidem in N II proprius titulus θεάων ὀνόματα, frustra hic requiris capita quae sunt περὶ ἑορτῶν, περὶ σκυτίνων, περὶ πόλεων, περὶ ἐνδομενίας, περὶ γραμμάτων διδασκαλίας, περὶ ἀγροικίας, περὶ τεχνιτῶν, περὶ ἀρμένων ἰατρικῶν, περὶ στρατιᾶς, μῆνες Ἀθηναίων, μῆνες Ἀντιοχείων, quod contra περὶ πλανητῶν ἀστέρων in Mon. non invenitur; variant in his: (2) Mon. περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων. N II. π. ἀνθρ, με. — (1) Mon. ἱπποδρομίῳ. N II. ἱπποδρόμῳ. — Mon. περὶ κυνηγίας. N II. π. κυνηγεσίας. — Mon. περὶ τρυγητοῦ. N II. π. τρυγετοῦ. — Mon. περὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν. N II. περὶ ἐργαλείων: ceteris omnibus — imprimis ordine — consentiunt.

Capitum indici ipsum lexicon non respondet. Capita haec habet:

I. θεῶν ὀνόματα. f. 172v.
II. περὶ οὐρανοῦ. f. 174v.
III. περὶ ἄστρων οὐρανίων. f. 176v.
IV. περὶ δώδεκα ζῳδίων. f. 177r.
V. περὶ ναῶν ἱερῶν. f. 177v.
VI. περὶ θυσιῶν. f. 178v.
VII. περὶ ἑορτῶν. f. 179v.
VIII. περὶ ἀνέμων. f. 180v.
IX. ὅσα ἐν τῷ θεάτρῳ, f. 181r.
X. ὅσα ἐν τῷ σταδίῳ. f. 182r.
XI. ὅσα ἐν ἀμφιθεάτρῳ f. 182v.
XII. ὅσα ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ. f. 183v.

XIII. περὶ ἀνθρωπίνων μελῶν. f. 184v.
XIV. περὶ ἀνθρωπίνων τρόπων. f. 188v.
XV. περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης. f. 194r.
περὶ συγγενείας. f. 195v.
XVI. περὶ ἀρχόντων. f. 197r.
XVII. περὶ βρωμάτων. f. 198r.
XVIII. περὶ ποτῶν. f. 200r.
XIX. περὶ δευτέρας τραπέζης. f. 201r.
XX. περὶ λαχάνων. f. 202r.
XXI. περὶ ἰχθύων. f. 203v.
XXII. περὶ κρέως. f. 205r.
XXIII. περὶ ὀρνέων. f. 205v.
XXIV. περὶ τετραπόδων. f. 207r.
XXV. περὶ κυνηγεσίας. f. 208v.
XXVI. περὶ ἑρπετῶν. f. 209r.
XXVII. περὶ οἰκήσεως. f. 209v.
XXVIII. περὶ δένδρων. f. 211v.
XXIX. περὶ ἀνθέων. f. 213r.
XXX. περὶ τρυγετοῦ. f. 213v.
XXXI. περὶ ἱματίων. f. 214r.
XXXII. περὶ ὀσπρίων. f. 215r.
XXXIII. περὶ ὀστρακίνων. f. 216v.
XXXIV. περὶ σκυτίνων. f. 217v.
XXXV. περὶ ἀρωμάτων. f. 218v.
XXXVI. περὶ ἐργαλείων. f. 220r.
XXXVII. περὶ πόλεως. f. 221v.
XXXVIII. περὶ ἐνδομενίας. f. 222v. [„de supellectili“].
XXXIX. περὶ γραμματοδιδασκάλου[1]). f. 225r.
XL. περὶ ἀγροικίας. f. 227r. [„de rusticatione“].
XLI. περὶ τεχνιτῶν. f. 229v. [„de opificibus“].
XLII. περὶ πλούτου. f. 232r.
XLIII. περὶ χρυσῶν. f. 233r.

Lexicon hic finem habet; desiderantur nonnulla: folia vacua secuntur.

Ceterum et hic et in N I spatia inter capita vacua relicta sunt.

1) sic. γραμματ διδασκάλου!

En praeter novissima duodecim capita, quae videntur periisse, purae putae recensionis Mon. capitula omnia! Nam quod titulus θεάων ὀνόματα in N II deest, sub c. περὶ φύσεως ἀνθρ. autem in N II adnotatum legis π. συγγ., hoc nihili facies, cum ne in N II quidem suum habeant caput ὀνόματα συγγενικά.

Scripturae discrepantias praeter eas, quas inter indices capp. N II et Mon. intercedere supra adnotavi, has animadverti: Mon. περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων. N II. π. δώδ. ζ. — Mon. ὅσα ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ. N II. ὅ. ἐν ἀμφ. — Mon. περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων. N II. π. ἀνθρ. τρ. — Mon. περὶ ἀνθῶν. N II. π. ἀνθέων. — Mon. περὶ πόλεων. N II. π. πόλεως. — Mon. περὶ γραμμάτων διδασκαλίας. N II. περὶ γραμματο[ς] διδασκάλου. — Mon. περὶ χρυσέων. N II. π. χρυσῶν. — Vides quam pusilla; quibus non prohibemur, quin alterum iam interpr. Mon. exemplar etsi mutilatum nos nactos esse censeamus. Indicem vero capitum, qui praefixus est, nec cum N II nec Mon. prorsus consentientem utrum ex alia paululum diversa recensione fluxisse dicamus, an errore in eo tot capita intercidisse putemus, non diiudicaverim. Inclinat eo animus, ut suspicer nobis cum diversis recensionibus rem esse: praesertim cum caput περὶ τῶν πλανητῶν ἀστέρων in Mon. ceteroquin multo uberiore non insit.

Iam ad singula accedo capitula. In primo deorum et dearum nomina spatio separata sunt, qui constans est mos in interpretamentis. Primum videmus generales deorum appellationes; deinde singuli dii secuntur. Quod vero duodecim dii deaeque principales ceteris praecedunt, huic cum Mont. commune est. Ceterum hic revera duodecim sunt — quamquam insolentius mixti —, in Mont. potius sedecim, ex quibus quattuor [βέτυλος (scil. βαίτυλος) aviaddir (abaddir) ἡρακλῆς hercules καρποφόρος frugifer κουρῆται (κουρῆτες) ludiones] iam Hagenum[1]) pro spuriis habuisse video; puto eos ex alia huius capitis parte falso huc delatos esse. Hagenum ceterum recte iudicasse, cum pro altero ζεις in Mont. posceret Ζήν, noster docet

1) cf. H. Hagen: de Dosithei magistri quae feruntur glossis. prog Bern. 1877.

liber, cuius iam sequatur immortalium series: f. 172: θεοὶ τ-λεῖοι, θεοὶ οὐράνιοι etc. Ζεῦς καὶ Ζήν, Ποσειδῶν, Πλούτων Diespiter. Pluto, Ἡρακλῆς, Ἥφαιστος, Ἀπόλλων, Φοῖβος, Ἔρως,: Διόνυσος, Σέραπις, Ἀσκληπιὸς[1]), ἡ Χθὼν ονὸς. Tellus. f. 173r

(1) ὁ θάνατος. ου. Mors.
(2) ἐφιάλτης. ου. Incubus.
(3) διόσκουροι. Castor et Pollux.
παλαίμων. νος. Portunus.
δαίμων. νος. Genius.
ἑρμῆς. οῦ. Mercurius.
ἥλιος. ου. Sol.
ᾅδης. ου. Infernus.
ἄδωνις. δος. Adonius[2]).
ὕπνος. ου. Somnus.
ἄρης. εως. Mars.
καρποφόρος. ου. Frugifer.
χάρων. νος. Orcus.

Deae f. 173v exstant:

ἥρα βασίλεισσα[3]). Iuno regina.
ἀθηνᾶ. Minerva.
ῥαία[5]). Opis.
ἀρτεμις. δος. Diana.
δήμητρα. Ceres.
θέσφατον. Fatum.
εὐγένεια. Ingenuitas.
ὁμόνοια. Concordia.
σωτηρία. Salus.
ἀνδρεία. δύναμις. Virtus. Potentia.
ἡμέρα. Dies. | f. 174r.
σωφροσύνη. Castitas.
πίστις. Fides.
σελήνη. μήνη. Luna.
θέμις. θεμιτὸν. Fas.
εἰλήθυια[4]). Lucina.
παλλὰς. δος. Pallas.
οὐρανία. Urania. Caelestis.
ἀφροδίτη. Venus.
περσεφόνη. Proserpina.
ἐλευθερία. Libertas.
μήτηρ θεῶν. Mater deum.
ὑγεία. Sanitas.
ὀργὴ. Ira.
καύχησις. δόξα. Gloria.
ἰσχύς. ύος. Fortitudo. Vis.
ἀλήθεια. Veritas.
εὐσέβεια. Pietas.
νὺξ. νυκτὸς. Nox.
ἐνυώ, μήτηρ ἄρεος. Bellona Martis mater.

1) Eodem ordine sese excipiunt in N I.
2) „Adonius“ Lact. I, 17. „Adoneus“ Plaut. Menaech. I, 2, 35 = 144. Catull. 29. Graecis quoque Ἀδώνιος audit. cf. Bekkeri anecd. I, 346; sed ἄδονις inauditum: ω restituendum.
3) v. N I, p. 22.
4) Cyr. Εἰλήθια Lucina. v. Usener: Mus. Rhen. XXIII, p. 332.
5) scil. ῥέα.

εὐμενίδες. Furiae. Parcae.
ὧραι. Horae.
νίκη. Victoria.
σεμέλη. Semele.
τιμή. Honor.
θάλασσα. Mare.
ἀποθέωσις. Consecratio.
ἠώς. ἠοῦς. Aurora.
τύχη. Fortuna.
πρόνοια. Providentia.
πηγή. Fons.
κλειδών [1]). Unda.
λιταί. Preces.

Ultimas sex glossas hoc loco vix exspectaveris; multo aptius ad capitulum aliquod περὶ θεοσεβείας referentur. Spatium, quod inter capita solet exstare, hic expletum est; sed eadem est manus usque ad extremam glossam.

Caput VII totum possum apponere: f. 179[v] sq. περὶ ἑορτῶν.

ἡ ἑορτή. Festum. Dies festus.
ἡ νεομηνία. Kalendae vel novilunium.
[ἑπτάλοφος. Septicollis] [2]).
τὸ νέον ἔτος. Novus annus.
τὰ παναθήναια. Quinqneparia [3]).
τὰ λύκια. Lupercalia.
τὰ ὁροθέσια. Terminalia.
τὰ ποσειδώνια. Neptunalia.
τὰ σεράπια. Isia.
τὰ μεταλήσια. Diduma [5]).
τὰ ἀφροδίσια. Veneralia.
αἱ ἀργίαι. Feriae.
ἡ τροπὴ χειμερινή. Bruma.
τὰ κρόνια. Saturnalia.
[ἐνιαύσιος. Annuus].
τὰ διονύσια. Liberalia. Bacchanalia.
τὰ θεσμοφόρια. Cerealia.
τὰ νεκύσια. Parentalia.
τὰ ἀπολλινάρια. Apollinaria.
τὰ ἰόχια Pardia [4]).
τὰ σκασιφόρια. Alutaria [6]).
f. 180[r]. ἡ παρασκευή. Cena pura.

1) scrib. κλυδών. cf. Cyr. Κλύδων, Estus, Gurges, Unda.
2) quae uncis inclusi, a margine paululum remota leguntur.
3) scrib. „Quinquatria“. cf. Philox. Quinquatria Παναθήναια.
4) scrib. „Parilia“. „Pales“ apud Philox. audit Εὐνομία. Apud Cyr. est „νομία θεὰ Pales“ et „ποιμενικὴ θεὰ Pales“. De ἰόχια nondum quae proferam habeo.
5) scrib. μεγαλήσια; in „Diduma“ procul dubio eiusdem festi nomen cum deae Cybelae cognomento „Dindymene“ cohaerens latet. Cum vero apud Romanos Megalensia nomen sit usitatissimum, vereor ne „Diduma“ versionis Graecae reliquiae sint.
6) scrib. „σκαφηφόρια Alvearia“. cf. Cyr. „σκαφηφόρος Alvearius“.

ἡ τιμία συγγένεια. Cara cognatio.
ἡ πανήγυρις. Celebritas.
ὁ γενέθλιος. Natalis.
οἱ τρυγήσιμοι. Vindemiales.
ὁ δεῖπνος δημόσιος. Caena publica.
τὸ τηβεννοφόριον. Togeforium.
ἡ ἀγορὰ. Nundinae et forum.
ἡ πωγονοκουρεῖα. Barbitoria [1]).
τὸ συμπόσιον. Convivium.

Deinde caput nonum descriptum habeo: f. 181[r]. Ὅσα ἐν τῷ θεάτρῳ.

τὸ θέατρον. Theatrum.
τὸ ἄγερον. ου. Devotio [2]).
ὁ ἡνίοχος. ου. Auriga.
τὸ παραπέτασμα. Aulaeum.
οἱ ᾄσται. αὐλῆται. Cantores.
ὁ κήρυξ. κος. Praeco [3]).
ὁ ψίοπεκτης. ου. Praestigiator [4]).
σφαιροπαίκτης. ου. Pilarius.
κερατοπόλοι. Cornicines.
σαλπιστής· οῦ. Tubicen.
κωμῳδία. ας. Comoedia.
τραγῳδία. ας. Tragoedia.
f. 181[v]. ὁ χοραύλης. ου. Choraulēs.
οἱ ποδόψοφοι. Pŏdarii.
ὁ μῦθος. ου. Fabula.
ὁ αὐλητής. Symphoniacus.
τὰ παίγνια. Ludi.
αἱ θεωρίαι. αἱ θέαι. Spectacula.
οἱ θεαταί. ῶν. Spectatores.
ἡ θυμέλη. ης. [lacuna!].
οἱ μῖμοι Mimi.
νευροβάτης. } Funabulus [5]).
σχοινοβάτης. } Scoenobates.
ὁμηρισταί. Homeristae.
ἑδραύλης [6]). Organarius.
κωμῳδὸς. οῦ. Comoedus.
τραγῳδὸς. οῦ. Tragoedus.
κιθαρῳδὸς Citharoedus.
ὁ μεσόχορος. ου. Mesochorŏs.
ὁ πορκιστὴς. Pantomimus [7]).
τὰ πρόσωπα. Personae.

Ex capite duodecimo, quod est „de circo“ ὅσα ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, tres colores enotatos habeo: f. 184[r]: „πρασινὸς. Prasinus“, „κόκκινος. Roseus“, „λευκὸς. Albus“, partium scilicet

1) scil. πωγωνοκουρία. cf. Philox. πωγωνοκουρία, Barbatoria. unde Lat. quoque corrigo.
2) γέρον γέρου non novimus; γέρρον locum non habet; fuitne γέρας?
3) Quae secuntur in hac pagina, a margine paululum remota exstant; quod certe non casu factum est, cum articuli quoque desiderentur.
4) corr. ψηφοπαίκτης. cf. Cyr. — Alciphro III, 20.
5) l. funambulus.
6) corr. ὑδραύλης.
7) corr. ὁ ὀρχηστής. cf. Cyr.

certantium. cf. ex. gr. Iosephi ant. 17, 4, 4. Friedländer Sitteng. II, 307 sqq. In capite sexto decimo magistratuum nomina Romanorum sunt omnia. Capitis quinti decimi partem posteriorem περὶ συγγενείας „de cognatione“ totum adscribere possum: f. 195^{v}: περὶ συγγενείας de cognatione.

συγγένεια. Cognatio.
οἱ γονεῖς. Parentes.

τὸ παιδάριον. ὁ παῖς. δὸς. Puer.
ὁ ἔφηβος. Ephebus. Impubes.
ὁ νεανίας. ὁ νεανίσκος. Iuvenis.

ὁ μεσήλιξ. κος. Mediae aetatis.

ὁ πατὴρ. πατρὸς. Pater.
ἡ μητρυιὰ. Matertera.
ὁ ἔγγονος. υἱωνὸς. Nepos.

ἡ θυγάτηρ. τρὸς. Filia.
ὁ ἀδελφὸς γνήσιος. Frater car$^{m'}$. vel legitimus [1]).
ὁ ἀνεψιὸς. Consobrinus.
ἡ στεῖρα. Sterilis.
ἡ μάμμη. Avia.

ὁ θεῖος πρὸς μητρὸς. Avunculus.
ἡ τροφὸς. οῦ. Nutrix.
ὁ σύντροφος. Collactaneus.
ἡ πενθερὰ. ἑκυρὰ. Socrus.
ἡ νύμφη. Nurus et sponsa.

συγγενὴς. Cognatus.
οἱ ἥλικες. ἡλικιῶται. Coaetanei. Coaevi.
τὸ βρέφος. Infans.
ὁ ἐφήλιξ. Pubes.
ὁ μεραξ καὶ τὸ μειράκιον. Adolescens.
ὁ γέρων. ντος. ὁ πρέσβυς. υος. ὁ πρεσβύτης. Senex.
ἡ μήτηρ. μητρὸς. Mater.
τὸ τέκνον. ὁ υἱὸς. Filius. Natus.
ἡ γραῦς. γραὸς. Anus. Vetula.
ἡ κόρη. Puella. Pupilla.
ἡ ἀδελφὴ. Soror.

ἡ χῆρα. Vidua.
fol. 196^{r}. ὁ πάππος. Avus.
ὁ θεῖος πρὸς πατρὸς. Patruus. καὶ πατράδελφος.
ὁ νέκυς καὶ νέθης [2]). Posthumus.
ὁ τροφεὺς. έως. Nutritor.
ὁ πενθερὸς. ἑκυρὸς. Socer.
ὁ γαμβρὸς. Gener.
ὁ νυμφίος. Sponsus.

1) Compendiose omnia scripta; sub „c a r m^{r}.“ quid lateat nescio, nisi „germanus“. cf. Philox. „Germanus, Γνήσιος ἀδελφός“. Cyr. „γνήσιος ἀδελφὸς, Germanus“.

2) Sub καὶ νέθης latet γεννηθείς, νέκυς ad patrem referendum. cf. Phil. Fuitne < ὁ πατρὸς τε > θνηκότος γεννηθείς? Philox.: Postumus, ὁ ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς συνλαμβανόμενος, ἀποθανόντος δὲ γεννώμενος. Philox.: Postumus, ἀπάτωρ, μετὰ θάνατον πατρὸς γεννηθείς. cf. Cyr. et Onom. Elegantissimam coniecturam Usener mecum communicavit ὁ νέκυϊ < ἐπι > γεννηθείς.

ἡ νύμφη ἁρμοστὴ. Sponsa sponsata.
οἱ ὄρφανοι. Orfani.
ὁ φροντιστὴς. Curator.

ὁ κληρονόμος. Heres.
ὁ ἀπελεύθερος. Libertus.
ὁ δοῦλος. θεράπων. ντος. Servus.

ὁ ἀνὴρ. δρὸς. Vir. Maritus.

ἡ θήλεια. Femina.

fol. 196^{v}. ὁ ἄρρην. ενος. Masculus.
θρεπτὸς. Alumnus.
ἡ ἐρωμένη. Amasia. Amica.
ὁ πρόγονος. Privignus.
ὁ κύριος. δεσπότης. τύραννος. κοίρανος. Dominus.
ὁ δαὴρ. ρος. Levir.

ἡ νεόνυμφος. Nova nupta.
ὁ ἐπίτροπος. Procurator.
ὁ οἰκονόμος. Auctor. Oeconomus.
ὁ ἐλεύθερος. Liber.
ὁ ἐλευθέριος. Liberalis.
ἡ δούλη. θεράπαινα. θεραπαινὶς. δος. Ancilla. Serva.
ἡ ἄλοχος. ἡ γυνὴ. κὸς. Uxor. Mulier.
ἡ πόρνη. ἑταίρα. παλλακὴ. Concubina. Pellex.
οἰκογενὴς. Vernaculus.

ἡ παρθένος. Virgo.
ὁ πατρῶος [1]). Vitricus.
ὁ ἀγχιστεὺς. Affinis.
τὸ ἔμβρυον. Embryum.

Nominibus inde ab οἱ ἥλικες usque ad ὁ πρεσβύτης „senex“ decurrentibus capitis, quod exstat in N I, περὶ ἡλικιῶν commonemur; similia in Mont. inter se cohaerentia exstant in capite, quod inscribitur περὶ φύσεως σώματος ἀνθρωπίνου; ultima ὀνόματα inde ab ὁ ἀνὴρ capituli περὶ γάμου videntur esse reliquiae.

Caput XXIII: περὶ ὀρνέων exit in

ὁ κορὸς [2]).	οῦ.	Cimex.
ἡ ψίλλα.	ης.	Pulex [3]).
ὁ φθεὶρ.	ρὸς.	Pediculus [4]).

Capitis XXIV: περὶ τετραπόδων ultimae glossae sunt

ὁ μὺς.	μυὸς.	Mus.
ὁ βάτραχος.		Rana.
ἡ χελώνη.		Testudo.

1) Nos πατρυιός agnoscimus et πατρωός. cf. Et. M. p. 26, 35.
2) scil. κόρις. cf. Cyr.
3) Philox. Pulex ψύλλα. Cyr. Ψύλλα, Pulex, Trinua.
4) Cyr. Φθεὶρ, Peduculus.

ἡ σαῦρα [1]).		Lacerta.
ὁ ἀσκαλαβώτης.	ου.	Stellio.
ὁ ποντικὸς.	οῦ.	Sorex [2]).
ὁ μύρμηξ.	κος.	Formica.
ὁ σκόρπιος.	ου.	Scorpius.

Videre est glossariorum auctores historiae animalium peritos non fuisse: adnexuerunt capitibus traditis animalia cuivis nota, quae non debuerunt praeterire, etiamsi in capita illa minus quadrarent.

Iam licet retrorsum vertere oculos. Velim capitum indicem N I praefixum mecum perlustres. Dixi capita περὶ τῶν ἐν τῷ ᾄδῃ et περὶ θεοσεβείας nisi apud Beatum Rhenanum non inveniri; caput autem περὶ θυσιῶν N I et II vides cum Mon. commune esse. His adde caput περὶ θεωριῶν, quod exstat in Mont. Leid. Steph., deesse in N et Mon.; sed quibus de rebus hoc capite actum videmus, eas multo uberius invenimus tractatas in N et Mon., qui pro uno quattuor capita praebent: ὅσα ἐν θεάτρῳ, σταδίῳ, ἀμφιθεάτρῳ, ἱπποδρομίῳ. Eandem animadvertimus ubertatem in signis caelestibus enarrandis: quae uno capite Steph., duobus Leid., tribus cetera absolverunt, eis quattuor tribuunt N I et II. Sed maioris momenti est, quod miro plane ambitu mensium nomina [3]) recepta sunt; non enim satis habuit Graecorum et Romanorum mensibus sua designare capitula, sed addidit Atheniensium, Aegyptiorum, Hebraeorum [4]), qua in re sola Mon. nostrum paene aequiparat: habet enim suis capitibus tractatos Graecorum Atheniensium Antiochensium menses, qui fortasse in N II quoque aliquando exstiterunt.

Praeterea octo capitum adhuc plane inauditorum nobis suppeditat titulos N I: XXI. περὶ τῶν ἡμερῶν. XXII. περὶ τῶν στοιχείων. XXIV. περὶ θαλασσῶν. XXV. περὶ τῶν γλυκέων ὑδάτων. XXVII. περὶ τῶν ἡλικιῶν [in N II et Mont. aut συγγε-

1) Nos σαύρα et μῦς.

2) Cyr. μὺς ἀρουραῖος, Sorex. Philox.: Sorex, Μῦς ποντικὸς, ἢ ἀρουραῖος.

3) cf. C. Fr. Hermann, über griech. Monatskunde, comm. soc. Gott. 1844, p. 48 [8] sq., adn. 6. p. 123 [83] sqq.

4) cf. supra p. 19. XVI—XX.

νικοῖς ὀνόμασιν aut capiti περὶ φύσεως σώματος ἀνθρωπίνου tacite additum]. XXX. περὶ γάμου [cuius vestigia in aliis sub capite περὶ συγγενείας deprehendimus]. LVII. περὶ πολιτείας. LIX. περὶ νόμων.

Nec praetermittendum in capitulis de venatione, ferramentis rusticis, vindemia, floribus [in Mont. arboribus adiunguntur], leguminibus [in Mont. γεωργικοῖς ὀνόμασιν inseruntur], odoribus admodum raris N cum una Mon. consentire.

Restat, ut quibus careat capitibus N I exponam. Atque primum quidem capita, quae sunt de aureis argenteis aereis ferreis, — ceteris communia — in N I non indicantur; quamquam non contradicam, si quis putarit res ipsas aut in capite περὶ ἐνδομενίας aut περὶ πλούτου ex parte enumeratas fuisse. Magis etiam mirabere nec περὶ ναυτιλίας caput nec περὶ ἰατρικῆς [adde Mon. 50. περὶ ἀρμένων ἰατρικῶν] in N I inveniri, nec minus caput περὶ ἱστουργίας — N II cum Mon. commune — deesse. περὶ στρατιᾶς utrum in N II ut in ceteris [excepto N I] infuerit necne, cum mancus sit, discerni non potest; certe περὶ γραμμάτων διδασκαλίας [Mon. Steph.] vel διδασκαλείου [Mont.] unus N I non tractavit, nec habet caput περὶ φιλοπονιῶν [Leid. Steph.] aut περὶ εἰσαγωγῆς τέχνης γραμματικῆς [Mont. Steph.]. Capita Mont. περὶ τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων et περὶ χειμώνων, Steph. περὶ δερμάτων et ἐρίων omnibus ceteris deesse verbo monuisse satis habeo.

Quaeris, cur his tam diu immorer. Docere volui, quantum intersit inter N I et cetera interpretamenta medium tenentibus N II et Mon. Sed plus etiam puto inde lucramur. Etenim cum videamus alium auctorem alia capita adamasse alia respuisse, alia antiquitus tradita semovisse alia de suo addidisse, nonne inde — capitum illorum natura et indole examinata — de consilio, quo potissimum ductus interpretamenta sua composuerit, et de aetate, cuius desideriis inserviverit, coniecturam facere licet? Ut aperte dicam, quae sentiam: qui de deorum cultu et spectaculis publicis tam fuse egit, ut eis sex capita plus quam ceteri tribueret, qui mensium apud singulos populos nomina per quinque capita enumeravit, qui de rebus publicis non satis habuit uno capite [περὶ ἀρχόντων] tractasse, sed duo

addidit, utrum huius opus posterius magisve scholae desideriis adaptatum putas, an eius qui cultum et spectacula in tria capitula contraxit, mensium apud gentes peregrinas atque antiquas non curavit denominationis, rebus publicis uno capite defunctus est, contra supellectili, vasis omnigenus, potissimum vero rebus ad scholam eruditionemque spectantibus maximum concessit spatium? Quam ratiocinationem si minus probas, animum adverte multa capitula velut περὶ ἡλικιῶν, περὶ συγγενείας, περὶ γάμου, περὶ κυνηγίας, περὶ τρυγητοῦ, περὶ ἀνθῶν, περὶ ὀσπρίων, περὶ ἀρωμάτων alia in N I — nonnulla etiam in N II et Mon. — integra exstantia in ceteris aut interiisse aut aliis capitulis adglutinata esse. An tu putas postea demum ex. gr. caput περὶ ἡλικιῶν vel περὶ ἀνθῶν ex capite περὶ φύσεως σώματος ἀνθρωπίνου vel περὶ δένδρων [Mont.] quasi exsecta esse eisque tunc propria indita nomina? Minime hoc esse verisimile in eis certe capitibus mihi concedes, quae ab antiquis grammaticis tractata sunt, vel quorum ὀνόματα iam antiquitus collecta in onomasticis similibusque operibus sub suo titulo coniuncta exstiterunt. — Sed hanc de lexicographis antiquis quaestionem priusquam aggrediar, de tenore, per quem capita in N I decurrunt, pauca liceat adicere. Hic ego aut turpiter erro aut ceteris interpretamentis N I multo meliorem servavit rerum ordinem. Diis superis (I) opponuntur inferi (II); secuntur res ad religionem (III) deorumque cultum pertinentes secundum locos (IV) res (V) tempora (VI)[1]), quibuscum [scil. diebus festis] quam arte ludi scaenici (VII) et circenses (VIII—X) cohaereant, quivis intellegit. A caelestibus transitur ad caelum (XII) et sidera (XII—XIV); a caelo pendet temporum definiendorum ratio [chronologia]: atque primum de temporibus in universum agitur (XV), dein de mensibus (XVI—XX), denique de diebus singulis (XXI). Iam a caelo in

1) Quod si cui pro huius lexici ratione argutius videatur esse disquisitum, possit forsitan de casu cogitari: tamen antiquos sic disposuisse Varronis in Antiquitatibus praeclaro didicimus exemplo. cf. illud: „qui ubi quando quid agant".

terram descendimus. De elementis sermo (XXII); secuntur ventorum (XXIII), marium (XXIV), aquarum dulcium (XXV) ὀνόματα. Hinc res humanae sumunt initium: membra (XXVI), aetates (XXVII), mores (XXVIII), natura (XXIX) enarrantur et describuntur. Secuntur quibus homines inter se conectuntur: matrimonium (XXX) et adfinitas (XXXI). De victu agitur proxime sequentibus capitulis (XXXII—XXXV); deinde de animalibus (XXXVI—XL); tum de agricultura herbis earumque usu (XLI—XLVII); denique vitae humanae privatae (XLVIII—LVI) et publicae (LVII—LIX) institutiones et apparatus suis generibus pertractantur. Vides eum capitum ordinem in N I expressum nulloque loco turbatum, quem cetera interpretamenta aut minus [Mon. N II. Leid.] aut magis [Mont. Steph.] obscuratum praebent; cuius tamen vestigia etiam in his apparent conlecta a me in eis, quae p. 9 sq. exposui.

Quo quidem argumento coniuncto cum eis, quae ex capitibus quibusdam in alia collectione additis in alia omnino omissis in alia cum aliis conglutinatis mihi meo iure visus sum sumpsisse, nonne id certe efficitur N I formam propius abesse ab eo exemplari, ad cuius normam glossaria secundum res in capita digesta omnia diversis temporibus alia ipsa alia aliis intercedentibus expressa videntur?

Cui ratiocinationi si quis hucusque ut spinosiori minusve certae fidem denegarit, iam eam argumentandi viam ingrediamur, ut per Graecorum veterum et Romanorum studia grammaticorum vestigia persequamur, quibus ea verborum copiae secundum notiones colligendae et in capita digerendae ratio agnoscitur, cuius quasi echo — quamquam mehercule sat clare sonantem — in interpretamentorum libris ludimagistrorum sedula cura servatam auribus percipimus. Etenim ex eis antiquorum grammaticorum studiis, quibus linguae Graecae [deinceps Latinae quoque] nomina neque secundum auctores vel dialectos neque ad elementorum ordinem, sed secundum res verbis significatas in capita convocarunt — quibus ventorum, mensium, aetatum, escarum et similium rerum nomina in series congesserunt, quo aliud cum alio melius comparari synonymorumque proprietates dignosci possent, — ex his dico lexicographorum antiquorum

studiis non solum interpretamentorum eis libris, quibuscum nobis res est, aliquantum lucis adfulgebit, sed etiam hinc puto refulgebit operibus quibusdam perditis caeca nunc tectis caligine.

Caput II.

De lexicographorum antiquorum studiis in onomastica similiaque opera condenda directis [1]).

Atque hac quoque in re facem quodammodo praetulit Alexandrinorum antesignanus Callimachus, cum ἐθνικὰς ὀνομασίας secundum res digessit. Deest quidem titulus in Suidae operum Callimacheorum indice; sed ex Athenaeo [VII, 329a] discimus, quod Bentleius primus vidit, librum περὶ μετονομασίας ἰχθύων partem fuisse maioris operis, cuius titulus ἐθνικαὶ ὀνομασίαι [2]). In promptu igitur erat coniectura alios quoque Callimachi libros in Suidae tabula indicatos huic ethnicorum nominum corpori assignandos esse, velut libros: μηνῶν προσηγορίαι κατ' ἔθνος καὶ πόλεις, κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι, περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, περὶ ἀνέμων, περὶ ὀρνέων [3]),

1) Post E. Meieri comment. VI. de Andocidis q. v. f. oratione contra Alcib. part. II et III. ind. schol. Hal. hib. 1842/3 et aest. 1843 = opusc. II, imprimis p. 15—36, talia congesserunt M. Schmidt Quaest. Hesych. p. CLXX. sqq. et Althaus Quaestionum de Iulii Pollucis fontibus spec. diss. Berol. 1874. — Nil nos iuvant Democriti Abderitae et Gorgiae Leontini Ὀνομαστικά [Laert. Diog. IX, 48 et Pollux IX praef.]

2) Cf. Schneider: Progr. gymn. Goth. 1862, VIII et IX = Callimachea II, 15. 169 sqq.

3) Quae contra argumentatus est Schneider ex articulo omisso et ea re, quod sciamus nonnullas aves a Callimacho praetermissas esse, conici debere huius libri multo aliam fuisse naturam atque ἐθνικαὶ ὀνομασίαι requirant, ego non amplector. Quamquam quis negabit περὶ ὀρνέων librum et ante ἐθν. ὀνομ. conditas edi nec umquam in eas recipi potuisse? Constat de piscibus solis. — Ceterum qui postea περὶ ἰχθύων, ὀρνέων, θηρίων libros condiderunt grammatici medici paradoxographi fuere multi. Dorio περὶ ἰχθύων scripsit [cf. Athen. VII. ex. gr. 282 c. e.]; antea Clearchus Peripateticus περὶ τῶν ἐνύδρων scripserat [Athen. VIII, 332b];

περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν. Atque Meier [1]) eo se abripi passus est, ut quasi onomasticon totum Callimacho tribueret, quo νόμων πίνακες [cf. Athen. XIII, 585 b], νόμιμα βαρβαρικὰ [2]) [cf. Suid. s. v. Φάσηλις. Φασηλιτῶν θῦμα], περὶ ὀρνέων [cf. Athen. IX, 388 d], ἐθνικαὶ ὀνομασίαι, quibus κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας, περὶ μετονομασίας ἰχθύων, μηνῶν προσηγορίας tribuit, θαυμάσια, περὶ ἀγώνων, περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν infuissent. Aliter iudicaverunt Schneider secutusque eum M. Schmidt [3]), qui onomasticon illud ut decuit missum fecerunt, γλωσσῶν vero ἐθνικῶν partem esse sine dubio piscium et ventorum, fortasse etiam aliarum rerum [secundum Schmidt avium, qua in re praeiverat Blomfield, et insularum] denominationes sibi persuaverunt. Quae quidem quaestio discerni non iam potest, cum fragmenta horum operum aut paucissima exstent aut nulla; velut ad μηνῶν προσηγορίας et κτίσεις πόλεων ne unum quidem

περὶ θηρίων Apollodorus [Athen. XV, 681 d]. Nec immemor sum Alexandri Myndii, ex cuius qui huc faciunt libris apud Athenaeum citantur περὶ ζῴων β' [IX, 392 c] et περὶ τῆς τῶν πτηνῶν ἱστορίας β' [IX, 388 d] seu περὶ πτηνῶν ζῴων β' [IX, 398 c], [non agnosco qui vulgo fertur librum II κτηνῶν ἱστορίας [V, 221 b]: titulus hic inauditus; in fragm. de Gorgone sermo, quam pennatam finxerunt veteres; itaque hoc quoque loco πτηνῶν legendum]. Sostrati [περὶ ζῴων Athen. VII, 312 e. 303 b], Andromenidis et scriptorum περὶ κυνηγίας [cf. Hes. s. v. Ἐνοδία] velut [Xenophontem omitto] Mithaeci [cf. Suid. s. v.]; halieuticorum, quorum catalogum alph. ord. decurrentem habemus Athen. I, 13 b. c, ubi nominantur poetae Caecilius Argivus, Numenius Heracleota, Pancrates Arcas, Posidonius Corinthius, deinde Athenaei ipsius additamentum Oppianus Cilix; pedestris sermonis scriptores Selencus Tarsensis et Leonidas Byzantius, quibus Suidas Agathoclem Atranium addit. Denique ne bestiae quidem non sunt versibus decantatae; sic Timotheus Gazaeus grammaticus Anastasii aetate ἔγραφεν ἐπικῶς περὶ ζῴων τετραπόδων [θηρίων] τῶν παρ' Ἰνδοῖς καὶ Ἄραφι καὶ Αἰγυπτίοις καὶ ὅσα τρέφει Λιβύη, καὶ περὶ ὀρνέων ξένων τε καὶ ἀλλοκότων καὶ ὄφεων βιβλία δ'. [Suid.] cf. M. Haupt: Hermes III, 1 sqq. = opusc. III, 274 sqq. V. Rose: Anecd. Gr.-L. II. al. al.

1) comment. I. de Andoc. p. v. f. contra Alcib. orat. ind. schol. Hal. aest. 1836. p. 12 = opusc. I, 91.

2) quae Hecker quoque coniunxit. Comm. Callim. 84.

3) quaest. Hesych. CLXXI.

certo potest referri [1]). Ceterum ea quoque quaestio movenda, utrum Callimachus libros illos ipse singulos ediderit, postea fortasse auctore mortuo in unum corpus congestos, an ab initio consilium habuerit grande ἐθνικῶν ὀνομασιῶν opus condere. Equidem illud verisimilius censeo; sed sat est monuisse a Callimacho piscium avium ventorum mensium insularum oppidorum denominationes, quae exstiterunt apud diversas gentes, congestas fuisse [2]).

Ceterum nescio, quo iure Schneider p. 15 sq. et 169 contendat

1) Potest huc revocari Et. M. 278, 28. — Tria fragg. habemus eius, qui Caecilii rhetoris aetate περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν scripsit, Lysimachidis. cf. Harpocr. s. vv. Μαιμακτηριών Μεταγειτνιών Σκίρον. Quam diversi hoc opus fuisse oporteat consilii, non est cur moneam.

2) Prope accedit ad Callimachum, geographicos libros si spectas, aequalis et γνώριμος [Athen. VIII, 331 d] Philostephanus Cyrenaeus, qui opus περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων et fortasse περὶ νήσων condidit. [Servius Aen. I, 200. Harp. s. v. Στρύμη: Ἡρακλείδης ἢ Φιλ.]. De his rebus geographicis libros componere inde ex Alexandri Magni aetate omnes scimus usitatissimum fuisse. Historicorum operibus, qui nomina postea congesserunt fluminum montium gentium etc. grammatici usi sunt. Sic Alexandri aetate περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν Strattis Olynthius scripsit [cf. Suid.]; περὶ ποταμῶν Asclepiades Anazarbensis [cf. Steph. s. v. Ἀνάζαρβα], Dionysodorus [cf. schol. Eur. Hippol. 122], Zopyrus [cf. Harp. s. v. Ἕρμος]. Verbo de paradoxographis monendum, qui similia tractarunt: Callimacho [θαυμασίων τῶν ἐφ' ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους συναγωγή], Philostephano [περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν], Polemone [περὶ ποταμῶν schol. Eur. Med. 827 (835), περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν Athen. VII, 307 b, περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν Macr. Saturn. V, 19, 26. Tertio titulo idem fortasse quod secundo opus accuratius significatur, quod pars fuisse videtur primo loco nominati. cf. Preller Polemonis periegetae fragm. 125], Sotione, cuius in Geoponicis sunt vestigia [τὰ σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογούμενα. cf. Photius bibl. cod. 189, p. 145. Bekker. cf. cod. 188]. περὶ λιμένων ante Eratosthenis aetatem opus condidit Timosthenes [cf. Harpocr. s. v. ἐφ' ἱερόν et Strabo IX, 421], postea Crates Atheniensis [cf. Eust. Od. 9, 22, 1613], Cleo Syracusanus [cf. Steph. Byz. s. v. Ἀσπίς]. Hadriani temporibus, Suidae si fides, haec et similia tractavit Diogenianus polyhistor et grammaticus in opere περὶ ποταμῶν λιμνῶν κρηνῶν ὀρῶν ἀκρωρειῶν.

Callimachum de piscibus ventis fortasse aliis quoque rebus ab aliis gentibus aliter nominatis „ordine alphabetico usum“ egisse. Fragmenta certe aut ea sunt, ex quibus nihil possis colligere, aut oblocuntur. Aves ipse dicit „secundum genera fuisse digestas“.

Quod incohaverat Callimachus Aristophanis Byzantii egregium est meritum in rebus subtilioribus excoluisse [1]). Nimirum ille ὀνόματα συγγενικά [2]), ἡλικιῶν ὀνομασίας [3]), ὀνόματα πολι-

1) In universum cf. A. Nauck: „Aristophanis Byzantii grammatici Alexandrini fragmenta“. Halis 1848, in primis p. 72 et 73; et Mus. Rhen. n. s. VI. [1848] 321 sqq. E. Miller: „Mélanges de littérature Grecque“. Paris 1868, p. 428—434; cuius libri recensionem palmariam exhibuit Nauck: Mélanges Gréco-Romains III, 172 sqq. E. Rohde: „de Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus“. Lipsiae 1870, p. 15. A. Fresenius: „de λέξεων Aristophanearum et Suetonianarum excerptis Byzantinis“. Aquis Mattiacis. 1875.

2) Post Aristoph. Philistidem Συγγενικὰ composuisse [cf. Eust. Il. 84, 41] Nauck l. l. p. 128, adn. 1 monet; idem cur Athenaei [X, 424 c] testimonio de Zenophane Συγγενικοῦ auctore [ἔλεγον δὲ καὶ ἔφηβον τὸ τοιοῦτον σκεῦος (scil. ποτήριον), ὡς Ζηνοφάνης ἐν τῷ Συγγενικῷ] allato miratus l. l. quaerat „Etenim quo tandem pacto vasi potatorii memoria cum Συγγενικῶν argumento conciliabitur?“ et cur pro Συγγενικῷ proponat Συμποτικῷ, non assequor. λύσις — quam ipse quidem sprevit — inest in voce ἔφηβος, cui certe eodem iure locus in hoc Συγγενικῷ, ac voci πάλλαντες = νέοι apud Philistidem. Nimirum quod in glossariis posteris Graeco-Lat. factum vidimus p. 39 al., ἡλικιῶν ὀνομασίας συγγενικοῖς ὀνόμασιν agglutinatas, hoc iam antiquis temporibus videtur usu venisse. cf. praeterea Nauck: Mus. Rh. VI, 344. Athenaei auctor perquam doctus fuit homo, qui cum in συγγενικοῖς ὀνόμασιν conquirendis in Zenophanis opere voce ἔφηβος ποτηρίου quoque εἶδος significari videret adnotatum, statim enotavit in suum usum, scil. ut adhiberet in ποτηρίων catalogo componendo. — Nec debebam oblivisci Herodiani, cuius huc videtur facere περὶ γάμου καὶ συμβιώσεως liber. cf. Et. M. 149, 47. Lentz, Herod. techn. rel. I, CXI. Nec ut hoc praeoccupem dissimilis ratio eius libri videtur fuisse, cui συμπόσιον inscriptum. cf. Steph. Byz. 230, 19 Mein. Lentz l. l.

3) Athen. IX, 375 a. cf. Ammon. p. 35. Et. Gud. p. 124. Transmigrarunt talia in Didymi Σύμμικτα, quae in epitomam redegit Alexio. cf. Ammonius s. v. Γέρων. p. 36 ed. Valck., cuius cf. animadv. ad Amm. p. 39. Didymum legimus haec hausisse ἐκ τῶν Ἀρίστωνος περὶ ἀνθρώπου

τικά[1]) in λέξεων corpus recepit[2]), nec obliviscendum est eum grammaticam rationem — ut Callimachus ad pisces et aves — ad totum Aristotelis de historia animalium opus transtulisse.

Nec defuerunt, qui magistrum in his studiis sequerentur discipuli.

Artemidorus[3]) enim modo Aristophaneus modo Pseudaristophaneus[4]) cognominatus secundum Athenaeum ὀψαρτυτικὰς

γενέσεως καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως, ubi Valck. pro Ἀρίστωνος Ἀριστοφάνους proposuit. cf. Et. Gud. 124. Nauck Mus. Rh. VI, p. 338.

1) Fresenii coniecturae si mecum fidem habes. cf. pp. 11 et 13. Nauck: Mél. Gréco-Rom. III, 172 sq. cogitavit de servorum denominationibus: δουλικὰ ὀνόματα vocandis. — Ceterum συγγενικὰ quoque ὀνόματα in ll. mss. seorsim congesta circumferuntur; velut in Cyrilli cat. bibl. Borb. p. 300 [II D 31—32. membr. saec. XV. 8°] occurrit „parvum diction. vocum affinitatem et cognationem indicatium" al.

2) Non curo hic Aristophanis Ἀττικὰς λέξεις [cf. Nauck l. l. 181—187] et Λακωνικὰς γλώσσας [Nauck 188—190, Fresen. 19. 22 sqq., illas quidem a Rohdio p. 16, adn. 1, de toto Aristophanis λέξεων opere, non de parte intellectas], quas mera coniectura λέξεων corpori tribuimus; nec magis, quas infuisse excerptis collatis constat glossas, quae sunt ὑποπτευόμεναι μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς. In his enim congerendis non id spectabat grammaticus, cohaereantne argumentis inter se necne, sed dialectos scriptoresque solos respexit. Capita vero περὶ προσφωνήσεων incerta, περὶ παιδιῶν et περὶ βλασφημιῶν, quae Suetonii sunt, falsa Nauckii coniectura Aristophanis operi addicta esse Fresenius evicit pp. 23. 72 sqq. Nauck persuaserat Reifferscheidio. cf. C. Suetonii Tranquilli praeter Caesarum libros reliq. add. p. XVIII.

3) Quamquam haud nescio nec epitheto Ἀριστοφάνειος nec ullo, ut nunc est, alio argumento evinci posse eum Aristophanem ipsum audivisse. De aetate eius infra.

4) cf. Athen. I, 5 b. [unde Suidas s. v. Τιμαχίδας]. XIV, 662 d—f., 663 c. d. — Male eum R. Schmidt: de Callistrato Aristoph. p. 311 [ed. Nauck] Opsartyticorum scriptorem nominat et Pseudaristophanei ei inditum esse cognomentum „tamquam convicii notam" ut magistro indigno censuit; nec aliter Nauck p. 7: „quem magistro indignum iudicatum fuisse ostendit Pseudaristophanei cognomen a veteribus ei inditum". Ego Ψευδαριστοφάνειος illud non possum explicare nisi hoc modo: Fuit Aristophaneorum αἵρεσις aeque atque Aristarcheorum in museo Alexandrino, Crateteorum Pergami. Novimus Aristophaneos proprie dictos Callistratum

γλώσσας συνήγαγεν, quibus probabile est eum περὶ βρωμάτων, περὶ ποτῶν, περὶ λαχάνων, περὶ ὀσπρίων, περὶ δευτέρας τραπέζης similibus egisse[1]).

A rebus quibus vescimur ad alia quibus utimur nos vocant Nicandri Colophonii περὶ χρηστηρίων πάντων βιβλία γ'[2]), quo-

ipsius Aristophanis discipulum, Aristarchi adversarium, Artemidorum, Diodorum: plures fuisse tantum non testatum invenimus. Qui utrum scholae [fortasse Tarsi, quod voluit Ahrens: Bucol. Graec. II, p. XXVII, ob Artemidorum et Diodorum grammaticos Tarsenses per Strabonem XIV, 675 notos] an studiorum tantum vinculo fuerint coniuncti, non iam puto dirimi posse. Ab hac quasi secta Artemidorus videtur declinasse; vixit fortasse postea Alexandriae cum Aristarcheis, ubi filius eius Theo Caesaris et Augusti aetate scholae Aristarcheae fuit princeps [ante Apionem]; cur enim Theonem nostri ducam filium — ut vulgata est opinio — nec alius alicuius Artemidori, postea dicam p. 107, adn. 3. Nomen illud ab inimicis sive severae observantiae Aristophaneis, si illis etiam temporibus erant, sive Crateteis ei inditum esse potest. Certe indignum cur se praestitisse statuamus scholae principe Artemidorum, eo minus causae est, cum eum unum noverimus ex Aristophaneis vocabulorum secundum argumenta colligendorum consilium et quasi officium velut hereditate ab Aristophane relictum servasse. Altera ex parte vestigia magistri pressit in glossarum diversarum gentium colligendarum studio Diodorus, qui glossas Italicas congessit. [cf. Athen. XI, 479a al.]

1) Multa certe ei suppeditarunt, quos aliunde quoque constat fere ab eo esse tractatos [scripsit περὶ Δωρίδος. cf. Athen. IV, 182 d], Epicharmus et Sophro, multa comici Attici mediae praesertim et novae comoediae, multa poetae ut ita dicam deipnologi Philoxeni Archestrati: sed quod per se verisimillimum opsartyticorum conditores quoque ab eo adhibitos esse, de Epaeneto certe Athenaei tribus locis constat (IX, 387d. e. XIV, 662 d—663 d, de quibus infra). Quot vero ὀψαρτυτικῶν librorumque περὶ λαχάνων, σύκων, ἄρτων, πλακούντων similibus compositorum auctores non solum coquos litterarios sed multo maiore ex parte medicos ei suppeditarit antiquitas, ex iis cognosces, quae postea de rerum culinariarum apud Athenaeum scriptoribus disputabo.

2) cf. Suid. s. v. Νίκανδρος. O. Schneider: Nicandrea. Lipsiae 1856. p. 26. Fragg. non servata sunt. Ungerum legentem περὶ χρηστηρίων βοτανῶν [de Aemilio Macro 114 D] non audio. cf. Schweighäuser anim. in Athen. II, [edit vol. VI] 299. Ceterum quod Schweigh. monuit περὶ χρηστηρίων πάντων apud Suidam s. v. Νίκανδρος quoque in παντοδαπῶν esse mutandum [in πάντων Westermann quoque offendit], nescio num

cum comparandum est et Philemonis Aexonensis sive Atheniensis περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων[1]) opus et qui Hadriani fuisse videtur temporibus, Telephi περὶ χρήσεως ἤτοι ὀνομάτων ἐσθῆτος καὶ τῶν ἄλλων οἷς χρώμεθα [ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον][2]).

Unde redeuntibus ad tempora priora Tryphon sese offert, Ammonii filius Alexandrinus, qui scripsit περὶ ὀνομασιῶν[3]), cuius operis liber III περὶ αὐλῶν fuit καὶ ὀργάνων, II vero videtur αὐλήσεων et instrumentorum musicorum variorum ὀνόματα complexus esse. περὶ ζῴων autem cum scripserit[4]), Callimachi et Aristophanis vestigiis videtur institisse. φυτικά qua ratione fuerint disposita nescimus[5]). Egit procul dubio de iisdem fere rebus, quae glossariorum capitibus περὶ γεωργίας [καὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν], περὶ ἀμπελῶνος καὶ τρυγητοῦ, περὶ λαχάνων, περὶ ἀνθῶν, περὶ ὀσπρίων, περὶ δένδρων continentur.

Athenaei loco similis insit corruptela: XV, 678c: Ἐπιθυμίς. Σέλευκός φησι „τὰ πάντα στεφανώματα“, ubi conicio τὰ παντοδαπὰ στεφανώματα. cf. quae secuntur et in primis Hes.: ἐπιθυμίδες τὰ παντοδαπὰ στεφανώματα. cf. etiam VII, 289e. f: τράπεζαν . . . ἐφ᾽ ἧς βωμὸς ἔκειτο καὶ τῶν ἀπὸ γῆς πάντων [Marc. add. αων] ἀπαρχαί, ubi παντοδαπῶν corr. Kaibel: de Athenaei epit. Progr. Rostoch, 1883, p. 7.

1) cf. Athen. III, 114d.

2) cf. Suid. s. v. Τήλεφος. Telephi opus — omnium longe postremum — ad litterarum ordinem digestum fuisse notandum. Ceteros res secutos verisimile; etenim potuerunt haec fere capita constituere π. ἐργαλείων, ἐνδομενίας, ἱματίων, σκυτίνων, ἀρωμάτων, πλούτου, χρυσῶν, ἀργυρῶν, χαλκῶν, σιδηρῶν, σκευῶν ὀστρακίνων, ἱστουργίας etc.

3) cf. Athen. IV, 174e. ὀνοματικὰ idem opus audit XI, 503d: corr. ὀνομαστικά. cf. XIV, 634d. 618c. alia, quae collegit A. de Velsen: Tryphonis grammatici Alexandrini fragmenta. Berolini 1853, p. 75 sqq. Filium Dionysium aut novam editionem operis paterni περὶ ὀνομασιῶν curasse aut ipsum opus perfecisse ut putemus, Athen. XI, 503c et XIV, 641a [v. ipsum Tryphonem 640e.] videntur suadere. — Ceterum hic si alicubi mentio inicienda Menaechmi ἐν τοῖς περὶ τεχνιτῶν. cf. Athen. XIV, 635b. Fragm. est de magadide.

4) cf. Athen. VII, 324f. Velsen p. 89.

5) Uti potuit, res si curavit, Theophrasti et Phaniae Eresiorum [Athen. II, 70d. III, 84d.] περὶ φυτῶν operibus, quibus adderem, modo constaret de temporibus γεωργικῶν auctores: Aeschylidem [Athen. XIV, 650d], Androtionem [sive Philippum sive Hegemonem: Athen. III, 75d. 82c], Antiphontem [Athen. XIV, 650e], Dionysium Uticensem [Athen. XIV, 648f], Dorionem [Athen. III, 78a]; nec non commemorandus Nicander Colophonius, qui de rebus ad agriculturam pertinentibus eorumque denominationibus ἐπικῶς egit; quem qui talia congessit non potuit praeterire. cf. O. Schneider: Nicandrea, p. 73 sqq. Hic adicio τοὺς περὶ ἵππων [ἱππικῶν corr. Nauck, Mus. Rh. VI, 340] γράψαντας: cf. schol. Il. I, 124.

Medici et grammatici officium coniunxerunt, qui ἀνθρωπίνων μελῶν catalogos exhibuerunt, decurrentes scilicet a capite ad calcem. Tale opus fuit Rufi Ephesii, Claudiorum imprimis Neronis temporibus florentis: περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων, quod nunc quoque fere integrum legimus[1]). Nec primus fuit. Scripserant enim antea Xenophon Cous Praxagorae discipulus de nominibus membrorum corporis humani[2]), nec non Apollonius Memphites[3]) Erasistrateus uterque. Nec omittendum Sorani μονόβιβλον περὶ ὀνομασιῶν [vel ἐτυμολογιῶν vel περὶ κατασκευῆς] τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὀνομασίαι πάντων τῶν μελῶν καὶ τῶν στοιχείων, cuius quanta fuerit auctoritas apud posteros, Diels docuit: Doxographi Graeci p. 207 sq.

Nec defuerunt, qui data opera ναυτικὰ ὀνόματα componerent; notus est ex Athenaeo [III 97d] Apollonius ἐν τριηρικῷ de epinomide testis; nec obliviscendum, quod M. Schmidt monuit,

1) Pollucem eo usum esse in libro altero condendo M. Haupt postquam monuit: Hermes III, 224—228 = opusc. III, p. 429 sqq., demonstravit E. Rohde, l. l. 83 sqq. [in epimetro: de Pollucis libri secundi fontibus]. Aliter de nonnullis iudicavit E. Zarnke: „Symbolae ad Iulii Pollucis tractatum de partibus corporis humani“. Lipsiae 1884, quarum duas priores partes: I. „de Rufo Ephesio Pollucis auctore“. II. „de ceteris Pollucis subsidiis medicis“ iam edidit, III. promisit: „de Pamphilo Pollucis auctore“. — Ceterum similes catalogos inde a primis imperatorum temporibus cuivis ad manum fuisse titulus docet Latinus Minturnis repertus devotionem continens, qua omnes fere corporis partes ne interioribus quidem omissis enumerantur, omittuntur exteriores multae quasque maxime mireris; velut oculi, tempora, aures, dentes, lingua, pectus, mamillae etc. c. i. l. X, 2, 8249. Notitiam debeo Büchelero.

2) Galen. XIV, 699 sq., editionis Kühn., ad quam numeri in Galeno citando usurpati ubique ni aliter monitum referendi.

3) Galen l. l. et K. Sprengel: Geschichte der Medicin im Altertum, ed. IV, cur. Rosenbaum, I, p. 561 sqq.

ναυτικὰ ὀνόματα — sic dicta — apud Hesychium s. v. στῆμα et ἐπινομίς comparere.

Transeo iam ad earum rerum denominationes, quae deorum cultum religionemque spectant. Magna hic occurrit scriptorum [1]) περὶ θυσιῶν [2]), περὶ ἑορτῶν [3]), περὶ ἀγώνων [4]), de rebus scaenicis [5]) caterva, qui tamen non grammaticorum partes egerunt, nec rerum, quae ad singulas deorum cultus partes spectarunt, denominationes quas explicarent illustrarentque collegerunt, sed res ipsas enarrarunt, sive proprio Marte, ut Dicaearchus Philochorus alii, sive, ut certe ex. gr. Iuba fecit, aliorum usi dapibus. Itaque ad eos recurrerunt sine dubio onomasticorum auctores, ipsorum vero libros onomasticorum quasi partes iudicare, insani foret iudicii. Neque aliter certe fuerunt instituti Apollodori et Seleuci [6]) περὶ θεῶν libri, ne descendam ad ea, quibus nil nisi titulus cum onomasticorum quibusdam capitibus communis est.

1) Inter quos non curo Cratetem Atheniensem [περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν. schol. Arist. equ. 715. Suid. s. v. κυνήειος. schol. Hesiod. theog. 6. Müller: frg. hist. Graec. III, 34], nec Philochorum [cf. Suid. s. v. περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀγώνων βιβλία ιζ'] nec Harpocrationis s. v. σκίρον testimonium: φασὶ δὲ οἱ γράψαντες περί τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησιν, ὧν ἐστι καὶ Λυσιμαχίδης alios huiusmodi.

2) Velut [Dionysii enim περὶ ἱερῶν πραγματείαν omitto. cf. Suid. s. v. Φιλόχορος, qui eam in epitomam redegit] Philochorus [cf. Suid. s. v. schol. Apoll. I, 517. Athen. XIV, 645a.] Habron Atheniensis [περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν. Steph. Byz. s. v. Βάτη], Demon [cf. Harp. et Suid. s. v. προκώνια], Ammonius Lamptrensis [περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν. cf. Harp. s. v. Ἀμαζόνιον et Ammon. de diff. βωμός].

3) cf. Habron Atheniensis cum Apollonio Acharnensi [Harp. s. v. πέλανος al. Phot. lex. s. v. Ὑδροφορία] et Philochorus.

4) cf. qui quidem a lexicographis ipsi procul habendi: Theodorus Hieropolitanus [Athen. X, 412e. 413b], Cleophanes [schol. Pind. Ol. IX, 143], Dicaearchus Messenius [schol. Arist. vesp. 1231, ran. 1337, περὶ μουσικῶν ἀγώνων], Duris [Photius s. v. σελίνου στέφανος. Tzetzes ad Lycophr. 613. Apost. prov. XV, 37].

5) Iuba [θεατρικὴ ἱστορία], Amaranthus Alexandrinus [περὶ σκηνῆς: Athen. VIII, 343e. X, 414f], Nestor [θεατρικὰ ὑπομνήματα. Athen. X, 415a].

6) cf. Suid. s. v. Σέλευκος. Porph. de abst. II, 55 [M. Schmidt, Philol. III, 436].

Attamen fortasse aliquid profecimus. Vidimus a Callimacho primo ventorum mensium piscium avium [insularum urbium] nomina congesta ita, ut quam plurimarum urbium gentiumque dialecti respicerentur; vidimus Aristophanem Byzantium id egisse, ut verborum certas circumscriberet classes, quae alia alius notionis vinculo coniuncta vitae humanae privatae et publicae rationes et instituta comprehenderent; ab eodem vidimus Aristotelis animalium historiam grammaticorum desideriis adaptatam; Artemidorus omnium quibus vescebantur denominationes congessit; Nicander et Philemon utensilium omnigenus; Apollonius et alii rerum ad navigandum necessariarum ὀνόματα convocarunt; quibus omnibus Tryphon [et Dionysius filius] praeter instrumenta musica alia earum rerum addidit denominationes, quas terra gignit, Soranus Rufus Ephesius medici alii corporis partium nomina. Singularum quasi classium a posteris retractationem fieri sive augendo sive contrahendo sive aliter adornando, velut a Zenophane συγγενικῶν ὀνομάτων, a Telepho χρηστηρίων, nonnumquam potuimus notare: plane nova accessisse post prima imperatorum tempora non comperimus. Fuit horum temporum, grammaticos si spectas [cf. Didymum, Theonem, postea Herodianum, alios], quae antecedentibus erant elaborata comparata conquisita in vasta quasi horrea congerere. Tulitne ὀνομασιῶν vel ὀνομάτων quoque totum thesaurum illa aetas? — Sed antea Romani inspiciendi.

Grammatici Romanorum ne hac quidem ex parte Graecorum deesse voluerunt exemplo. Hic non vocantur in censum, quicumque de aliqua sive vitae humanae sive naturae animatae vel non animatae parte propria ediderunt scripta; velut Nigidii Figuli de vento libri vel de diis [1]) vel de animalibus [2]) vel de hominum naturalibus [3]) vel Gavii Bassi et Sex. Clodii de diis scripta [4]): ea hoc loco dico studia, quibus rerum singularum

1) cf. schol. Bern. Georg. I, 428. Gellius n. A. II, 22, 31. — Macrobius Saturn. III, 4, 6.

2) cf. Macrob. Saturn. III, 16, 7.

3) cf. Serv. Aen. I, 178. cf. Plin. n. h. VII, 66. Quibus omnibus ζητήματα potissimum tractata videntur.

4) cf. Macrob. Saturn. I, 9, 13. Arnobius adv. gent. V, 18.

eiusdem generis vel classis denominationes ex antiquitatis horreis contulerunt. — Caesellius Vindex ante Hadriani tempora commentariis lectionum antiquarum [1]) vel Stromateo [2]) elementorum ordinem [3]) secutus est; Cloatius autem Verus, quem eodem fere tempore fuisse veri est simile, praeter libros verborum a Graecis [4]) tractorum ordinatorum Graecorum libris nomina videtur secundum res, quibus fuerint indita, in capita digessisse, siquidem ex altero Macrobius [5]) res sacrales, ex quarto et malorum genera secundum elementa — vel potius primam litteram — ordinata [6]) et alios fructus [7]) affert; quibus addendum pirorum [8]) nomina nec non ficorum [9]) eodem ordine decurrentia ex Cloatii libro non significato paullo post adhiberi. Eodem fortasse referendus est P. Lavinii liber de verbis sordidis [10]). Ex Suetonii libris quodammodo huc faciunt, quos in

1) cf. Gellius n. A. VI, 2, 1. de Caeselli erroribus scripsit Q. Terentius Scaurus. Gell. XI, 15, 3. cf. VI, 2, 2. Caesellium reprehendit Sulpicius Apollinaris: Gell. II, 17, 8.

2) cf. Priscianus: Keil Gr. Lat. II, 210, 7. 230, 11.

3) cf. Charisius: Keil Gr. Lat. I, 117, 13. 239, 21. 195, 36. Ex. gr. „Vindex A litterae libro I".

4) cf. Gellius XVI, 12, 1: errare ἀπὸ τοῦ ἔρρειν. alucinari ἀλύειν. faenerator φαίνεσθαι, quibus in rebus Hypsicratem secutus est, qui scripsit „super his, quae a Graecis accepta sunt". Macrob. Sat. III, 18, 4. iuglans = Diu glans = Διὸς βάλανος. Notandum Theophrasti testimonium! [Antea Gavius Bassus: de significatione verborum: iuglans = Iovis glans],

5) III, 6, 2: ara Apollinis Γενέτορος.

6) III, 19, 2.

7) III, 18, 8: „nux Graeca amygdale".

8) III, 19, 6.

9) III, 20, 1. „Ordinata" illud lexicographorum Graecorum titulis ἄτακτα συμμιγῆ παμμιγῆ al. oppositum quid sibi velit, nescio nisi rerum denominationes certum sequi ordinem secundum argumenta constitutum. „Graeca" audiunt non tam quia Graecorum, ut ex fragmentis agnoscere licet, ratio habetur, quam quia — me si audis — Graecum opus adhibitum est vel potius pro fundamento subest.

10) Gell. XX, 11, 1. cf. Suetonii περὶ βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη. [Polemonis περὶ ἀδόξων ὀνομάτων ἐπιστολή. Preller l. l. p. 114 sqq.]. Alia certe res fuit in Dorothei libro: περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων. cf. Phot. bibl. 156.

Pratorum [1]) libris praeter alios [2]) cum Reifferscheidio putabis coniunctos fuisse, cum [περὶ Ῥώμης] περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β΄ [3]), περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ βιβλίον α΄. lib. I—VIII, tum de naturis rerum [4]) IX, de naturis animantium [5]) X, περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδέας ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται [de genere vestium] [6]), de vitiis corporalibus, περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη. Memineris enim in libro de naturis rerum,

1) In universum cf. A. Reifferscheid: C. Suetonii Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiae. Lipsiae 1860, p. 147—312 et quaest. Sueton. c. II, p. 426—457. De „pratis" cf. Isidorus de nat. rer. c. 38, 1 et 44, 1. Ex Graecis hunc titulum primus quantum scio arripuerat Cicero. cf. Suetonii vit. Terent. c. 5: „Cicero in Limone [Terentium scil.] hactenus laudat"; secuntur quattuor hexametri. v. Reiff. p. 34, Ritschl in comment. apud Reiff. p. 524. Inter inscriptiones Graecis proprias refert Plinius n. h. praef. §. 23 sqq. — Ut eluceat, quanta inter Suetonium Latino-Graecum auctorem et Telephum Graecum Pergamenum, qui eisdem fere temporibus videtur fuisse, siquidem ipse nec alius nominis eiusdem Veri imperatoris praeceptor fuit [cf. Iulii Capitolini Veri vitam 35. ed. Salm.], intercedat in scriptorum argumentis similitudo, ex Suida huius libros allatos cum Suetonii conferam; et ἀντιτάσσονται pratis ποικίλης φιλομαθείας βιβλία β΄. — De Telepho Pergameno Pollucis de iudiciis, legibus, moribus Atheniensium auctore cf. Boysen „de Harpocrationis lexici fontibus". Kiliae 1876, p. 29 sq. 81.

2) Ita undecimo Pratorum libro Reifferscheid herbarum, duodecimo lapidum nomina, quorum quidem nec vola nec vestigium superest, coniectura addixit.

3) cf. Telephi περὶ τῶν Ἀθήνησι νόμων καὶ ἐθῶν; quamquam scio quid intersit. — Ceterum uterque et historicum egit [v. Telephi περὶ τῶν Περγάμου βασιλέων] et litterarum historiae operam dedit [v. Telephi βίους τραγικῶν καὶ κωμικῶν].

4) v. fragg. 138—142 Reiff. sub titulo de stellis, περὶ ἀστέρων; 143—149 de tempestatibus περὶ χειμώνων; 150—152 de ventis περὶ ἀνέμων; 154—157 med. de maribus περὶ θαλασσῶν; 159 med.-fin. de fluminibus περὶ γλυκέων ὑδάτων ponenda.

5) cf. imprimis Reiff. p. 258 sq. quadrupedum habemus avium, insectorum et reptantium, natantium nomina.

6) cf. Telephi περὶ χρήσεως ἤτοι ὀνομάτων ἐσθῆτος καὶ τῶν ἄλλων οἷς χρώμεθα.

quem Reifferscheid nonum fuisse pratorum probavit, sermonem fuisse de mundo zonis caelo stellis tempestatibus ventis maribus fluminibus, in decimo de animantium naturis, et ita quidem, ut Suetonius „in ipsorum argumentorum continuatione verborum proprietatem adpositis poetarum et scriptorum locis illustraret“ [1]), Graecorum quoque verborum habita ratione [2]). Quo fonte scimus usos esse posteros velut Censorinum in l. de die natali nec minus fragmenti Censoriani auctorem incertum, qui scripsit de naturali institutione, de caeli positione, de stellis, de terra, de geometrica, de musica. Nec minus ex re est Nonii Marcelli mentionem fecisse, cuius compend. doctrinae capitibus inde a XIII—XIX [intercidit caput „de genere calciamentorum“] denominationes rerum ad hominum vitam necessariarum in capita distributae pertractantur; sic:

XIII. de genere navigiorum.
XIV. de genere vestimentorum.
XV. de genere vasorum vel poculorum.
XVI. de [genere vel] colore vestimentorum.
XVII. de genere ciborum vel pomorum.
XVIII. de genere armorum.
XIX. de propinquitate.

Denique [Vibii enim Sequestris de fluminibus fontibus lacubus nemoribus paludibus montibus gentibus [3]) per litteras libros praetereo [4]] ex Isidori episcopi Hispalensis Etymologiarum [vel Originum] libris viginti, quibus divinarum humanarumque rerum orbem explere conatus est, huc faciunt duodecim posteriores [5]) libri, quorum capitibus onomasticorum nostrorum

1) v. Reifferscheid p. 449.

2) v. Reifferscheid p. 455. Nec sum immemor librorum περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν, περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωριῶν καὶ ἀγώνων [utrumque complexus Reifferscheid „ludicram historiam“ nuncupat]; ceterum cf. Sinnii Capitonis spectaculorum libros. Lactantius instit. div. VI, 20, 35.

3) cf. Diogeniani apud Suid. περὶ ποταμῶν λιμνῶν κρηνῶν ὀρῶν ἀκρωρειῶν, συγαγωγὴν καὶ πίνακα τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων.

4) cf. edit. Bursiani Turici 1867. prolegg.

5) Inveniuntur quidem in octo prioribus quoque libris, quibus glos-

vel maxime respondentes titulos apponam Graecos potissimum ex Mont. N I. Steph. desumptos.

L. IX. c. III. „De regnis et militiae vocabulis“. cf. περὶ ἀρχόντων. περὶ στρατιᾶς. [Mont. 12 sq.] add. c. IV. „De civibus“. cf. περὶ πολιτείας [N I 57].

c. V. „De affinitatibus et gradibus“. cf. περὶ συγγενείας. add. c. VI. „De agnatis et cognatis“.

c. VII. „De coniugiis“. cf. περὶ γάμου. [N I 30.]

L. X litterarum vel potius primae litterae ordinem sequitur; cuius nominibus capitum περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων et ipsorum κ. στ. [graece] in Mont. (43) et Steph. (39) decurrentium commonemur.

L. XI, qui est „De homine et portentis“, c. I „De homine et partibus eius“. cf. περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων.

C. II. „De aetatibus hominis“. cf. περὶ ἡλικιῶν.

L. XII. „De animalibus“. cc. I „De pecoribus et iumentis“ et II „De bestiis“ et III „De minutis animalibus“. cf. περὶ θηρίων τετραπόδων.

c. IV. „De serpentibus“. cf. περὶ ἑρπετῶν.

c. V. „De vermibus“. cf. περὶ σκωλήκων.

c. VI. „De piscibus“. cf. περὶ ἰχθύων.

cc. VII. „De avibus“ et VIII „De minutis volatilibus“. cf. περὶ ὀρνέων.

L. XIII. c. III: „De elementis“. cf. περὶ τῶν στοιχείων. [N I 22.]

sariorum nostrorum admoneamur. Libri I [„de grammatica“] partibus quibusdam respondet c. περὶ εἰσαγωγῆς τέχνης γραμματικῆς [Mont. 41. Steph. 40] similia. Cum libri III [„de quattuor disciplinis mathematicis“ cc. XXIV—LXXI „de astronomia“] c. LXXI. „de nominibus stellarum, quibus ex causis nomina acceperunt“, comparanda sunt glossariorum capita astronomica: περὶ οὐρανοῦ, περὶ τῶν ιβ' ζῳδίων, περὶ τῶν ζ' ἀστέρων πλανητῶν, περὶ ἄστρων οὐρανίων κτλ. Libro IV „de medicina“ commonemur capitis περὶ ἰατρικῆς; l. IV, c. XII, „de odoribus et unguentis“ c. περὶ ἀρωμάτων. Libri V, altera pars, cc. XXVIII—XXXIX, „de temporibus“ habet, quibuscum componatur [ex. gr. χρόνοι ἐνιαυτοῦ, „mensium nomina“, περὶ ἑορτῶν]. „De diis gentium“ est l. VIII, c. XI, quo deorum dearumque nomina recensentur et similia. Sed aliud in hisce partibus consilium.

cc. IV. „De caelo“ et V. „De partibus caeli“ et VI. „De circulis caeli“ et VII. „De aere et nube“ et VIII. „De tonitruo“ et IX. „De fulminibus“ et X. „De arcu et nubium effectibus“. cf. περὶ οὐρανοῦ vel περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ. [N I 11.]

c. XI. „De ventis“. cf. περὶ τῶν ἀνέμων. [N I 23.]

cc. XIV. „De mari“ et XV. „De oceano“ et XVI. „De mediterraneo mari “et XVII. „De sinibus maris“ et XVIII. „De aestibus et fretis“. cf. περὶ θαλασσῶν. [N I 24.]

cc. XIX. „De lacis et stagnis“ et XX. „De abysso“ et XXI. „De fluminibus“. cf. περὶ γλυκέων ὑδάτων. [N I 25.]

Libri XIV capita omnia geographica sunt velut VI. „De insulis“, VII. „De promontoriis“, VIII. „De montibus ceterisque terrae vocabulis“, quibus Telephi Pergameni, Vibii Sequestris al. commonearis.

L. XV. c. II. „De aedificiis publicis“. cf. περὶ πόλεως, περὶ πόλεως καὶ ἰδίων αὐτῆς sim. [Mont. 20. Steph. 9 etc.]

cc. III. „De habitaculis“ et V. „De repositoriis“ et VI. „De operariis“ et VII. „De aditibus“ et VIII. „De partibus aedificiorum“. cf. περὶ οἰκήσεως.

c. IV. „De aedificiis sacris“. cf. περὶ ναῶν ἱερῶν.

L. XVII. „De rebus rusticis“ respondent περὶ γεωργίας et περὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν.

c. IV. „De leguminibus“. cf. περὶ ὀσπρίων.

c. V. „De vitibus“. cf. περὶ ἀμπελῶνος καὶ τρυγητοῦ.

cc. VI. „De arboribus“ et VII. „De propriis nominibus arborum“ et VIII. „De arboribus aromaticis“. cf. περὶ δένδρων.

c. IX. „De herbis aromaticis sive communibus“. [cf. περὶ βοτανῶν.]

cc. X. „De oleribus“ et XI. „De odoratis oleribus“. cf. περὶ λαχάνων.

L. XVIII, qui est „De bello et ludis“, capitibus prioribus, imprimis III. „De signis“, IV. „De bucinis“, V. „De armis“ sqq. multa cum c. περὶ στρατιᾶς communia sunt.

c. XV. „De foro“. cf. περὶ τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων. [Mont. 44.]

c. XVI. „De spectaculis“ sqq. cf. περὶ θεωριῶν.

cc. XXVII. „De ludis circensibus“ et XXVIII. „De circo“ sqq. cf. ὅσα ἐν ἱπποδρόμῳ.

cc. XLII. „De theatro“ et XLIII. „De scena“ et XLIV. „De orchestra“ sqq. cf. ὅσα ἐν θεάτρῳ.

cc. LII. „De amphitheatro“ et LIII. „De ludo equestri“ et LIV. „De retiariis“. cf. ὅσα ἐν ἀμφιθεάτρῳ.

L. XIX. „De navibus, aedificiis et vestibus“. cc. I. „De navibus“ et II. „De partibus navium et armamentis“ et III. „De velis“ et IV. „De funibus“ et V. „De retibus“. cf. περὶ ναυτιλίας.

Capita quae secuntur: „De fabrorum fornacibus, de instrumentis fabrorum etc.“ cum περὶ οἰκήσεως comparanda sunt.

c. XVII. „De coloribus“. cf. περὶ χρωμάτων.

Capita inde a XX. ad finem imprimis XXII. „De nominibus vestium ceterarum“. XXIV. et XXV. „De palliis“ c. περὶ ἱματίων respondent.

c. XXVII. „De lanis“. cf. περὶ ἐρίων.

L. XX. συμποτικὰ ὀνόματα praebet. c. II. „De escis“. cf. περὶ βρωμάτων. c. III. „De potu“. cf. περὶ ποτοῦ vel ποτῶν.

Vasa coquinaria, potoria, vinaria luminaria sim. secuntur inde a. c. IV. ad X. in glossariis secundum materiam distributa: περὶ χρυσέων, ἀργυρέων etc.

cc. XI—XIII. „De lectis et sellis, de vehiculis, de reliquis, quae in usu habentur“ c. περὶ ἐνδομενίας potissimum respondent.

cc. XIV. „De instrumentis rusticis“ et XV. „De instrumentis hortorum“. cf. περὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν.

Sed dudum lectorem miratum puto, cur Iulii Pollucis adhuc immemor fuerim onomastici. Quod quidem opus ad hanc aetatem pro norma solet adhiberi, si quis onomasticorum naturam est explicaturus. Ita Meier in Erschii et Gruberi lexico encyclopaedico s. v. ὀνομαστικόν proprium putavit talium librorum, ut quem sequatur ordinem auctor in capitibus conserendis, quam maxime sit inconcinnus rationisque expers[1]), [quo-

1) Contrarium quod de Suetonii pratis scimus, Reifferscheidii imprimis est meritum.

ad saltem ex Polluce videre sit]. Quod quam non iniuria de Polluce sit iudicatum, qui res diversissimas, quibus nullum fere est vinculum commune, in unum librum ingerit, quam artissime autem inter se cohaerentes divellit, novit, quicumque vel primum[1]) eius librum vel tertium vel quintum perlegerit. Sed me si audis, si in Pollucis hoc cadit onomasticon, ut proprium eius vitium ex intima eius natura est explicandum, explicatum si placet castigandum: sed procul habenda talia ab onomastici ipsissima notione.

Nec omnino hodie nobis indulgebimus, ut Raphaelis Volaterrani, Hermonymi Spartani, Beati Rhenani exempla imitati, quod Boucherio accidisse dolendum est, ad Pollucis opus continuo advertamus animum, ubi de lexico in capita digesto sermo est. Nulla prorsus ne hoc quidem verisimilitatis specie commendatur, glossaria illa in capita digesta ad Iulii Pollucis onomastici exemplum conformata esse. Nam quamvis multa illorum capita in hoc quoque reperiamus tractata, tamen et rerum apud Pollucem ordo vel potius perturbatio contradicit, nec omnino obliviscendum Pollucem nec onomastici inventorem fuisse nec unicum eorum exemplar constituisse nec omnino grammatici vel lexicographi opus praestare voluisse[2]). Nimi-

1) cf. quae infra ex libris nonnullis enotavi; quibus non tam id curavi, ut doceam, quam non certum consilium in onomastico componendo secutus sit auctor, sed conglutinarit nullo prorsus affinitatis vinculo conexa, quam demonstrare volui per farraginem istam, meliora eiusdem generis quia desunt, nobis utilissimam vestigia multa onomastici vel onomasticorum, quae merito audiant ita, compilatorum nimirum a Polluce peritorum oculis arridere. Homo ille in decem libris alio post alium in lucem emittendis Platonicum illud videtur secutus: ἀλλ' ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ ταύτῃ ἰτέον, sed vereor ne λόγῳ in βιβλίων κτῆσις mutato.

2) Ut nonnullos indicem locos, quibus manifesta habemus talium capitum vestigia, per quae glossaria nostra ipsa quoque decurrunt, haec allata sunto: περὶ θεῶν [singuli quidem desunt] I, 5 et 23 med.-fin. 24. — περὶ ναῶν ἱερῶν I, 6—10. 14. 18. 19. — περὶ θεοσεβείας I, 20—22. 25. — περὶ θυσιῶν I, 26—29. 32. 33. — περὶ ἑορτῶν I, 34. 37. 38. 39. — περὶ χρόνων [ἐνιαυτοῦ μηνὸς ἡμέρας νυκτός] 54—72. — περὶ οἰκήσεως I, 73—81. — περὶ ναυτιλίας I, 82—95. — περὶ χειμώνων I, 109. 114—125. — περὶ ἀνέμων I, 110—113. [singulorum ventorum nomina desunt!] —

rum ex quo Augusti temporibus Dionysius Halicarnassensis et Caecilius Calactinus eos, qui dicendo scribendoque excellere vellent, ad antiquorum oratorum studium revocarunt, omnes scimus, quot lexica condita sint dictionem Atticam puram integram elementorum ordine complexa: praeiverat ipse Caecilius, secuti sunt, ut summos tantum commemorem, Aelius Dionysius et Pausanias. Mutatis temporibus lexica illa Atticistarum non iam suffecerunt; onomastica quoque synonymorumque thesauri in usum rhetorum discentium conversi sunt, quibus quam bene commoditati dicentium provisum sit, manifestum puto. Cuius rhetorum praeceptoris hoc fuerit ἕρμαιον nescimus; certe facit huc Telephi grammatici Pergameni ὠκυτόκιον, de quo Suidas: ἔστι δὲ συναγωγὴ ἐπιθέτων εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἁρμοζόντων πρὸς ἕτοιμον εὐπορίαν φράσεως; cuius operis quanta fuerit cum quibusdam Pollucis partibus similitudo, miraremur puto, si servatum esset[1]). Qui nobis huius rhetorum Graecorum studii monumentum exstat Pollux, dicentium et declamantium usui se inservire voluisse, non veterum scriptis explicandis vel linguae Graecae thesauro condendo hunc laborem

περὶ στρατιᾶς I, 126. 127. 176. 177. — περὶ ἀρχόντων I, 128. 129. cf. 129. λέγω δὲ νῦν οὐ πρὸς ἀκρίβειαν ταυτὶ τὰ ὀνόματα· μακροῦ γὰρ ταῦτα δεῖται καιροῦ καὶ λόγου. — περὶ γεωργίας I, 221—223. — περὶ ἀμπελῶνος καὶ τρυγητοῦ I, 224. 225. [243]. — περὶ ἀνθῶν I, 229. — περὶ δένδρων I, 230—238. [240 med.—244]. — περὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν I, 245. 246. [252—253]. — περὶ λαχάνων I, 247. — περὶ ὀσπρίων I, 247. — περὶ ἄρτου I, 248. — περὶ οἴνου 248. — περὶ ἡλικιῶν II, 4. 8—16. 21. — περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων II, 22—236. — περὶ συγγενείας III, 5. 6. 8—30. — περὶ γάμου III, 7. 31—47. — περὶ τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων III, 84—87. — περὶ ποταμῶν III, 103. sed ne hic quidem singuli. — περὶ ἀγώνων καὶ θεωριῶν III, 140—155. — ὅσα ἐν τῷ θεάτρῳ IV, 121—137. — περὶ ἰατρικῆς IV, 177—180. — περὶ ἁρμένων ἰατρικῶν IV, 181—183. — περὶ κυνηγίας V, 9—85. — In libro sexto sympotica ὀνόματα recensentur: περὶ ποτῶν VI, 14—20. — περὶ βρωμάτων VI, 32—40. 45. 46. 56. 57. 72. — περὶ ἰχθύων VI, 47—51. — περὶ θηρίων τετραπόδων VI, 52. 53. — περὶ λαχάνων VI, 54. 55. — περὶ κρέως VI, 55.

1) Mirus profecto est casus hunc quoque librum decem complexum fuisse volumina. — Etiam de Phrynichi σοφιστικῇ παρασκευῇ verbo monendum erat.

impertitum voluisse non solum in praefationibus expressis verbis solet pronuntiare [1]), sed multo etiam clarius reddit, cum et quibus quaeque res verbis sit laudanda aut vituperanda, soleat adicere [2]), et crisin exhibere vocum, quas apposuit, verbis additis seu δυσχερὲς πρὸς τὴν ἀκοήν, σκληρόν, βίαιον, ῥᾳσύτερον, sive οὐ δόκιμον, εὐτελές, seu σεμνότερον, ποιηταῖς ἀνείσθω, ποιητικόν, οὐκ ἔγωγε προσίεμαι seu similibus [3]). Itaque quamquam in critica arte a patre eruditum eminuisse Pollucem Philostratus testatur, quamquam Rohdii et aliorum opera sciamus eum grammaticorum libros — velut Tryphonis ὀνομασίας per Iubam et Didymum (?) — in suum usum convertisse, tamen nihil ei est tribuendum ad eam quaestionem solvendam, quo modo grammaticorum studia in λέξεων thesauro secundum rerum capita condendo versata per saeculorum fugam ceperint incrementa, ad finem quendam pervenerint, exstincta ludi magistellorum usui inserviverint.

Caput III.

De Pamphili grammatici et medici Alexandrini lexico.

Sed quem finem dico? Fuitne antiquitatis Graecae grammaticus, qui auderet, quae Aristophanis vestigiis insistentes ad glossas et λέξεις secundum notiones in certa capita digerendas et explicandas posteri contulerant, in unum corpus colligere et hoc modo tantum non omnium ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν thesaurum conficere? Fuit Pamphilus Alexandrinus. Sed haud ignoro, quam dubia hac quoque aetate res sit, nec opinor deerunt, qui contendant Pamphilum in ingenti suo opere condendo alium

1) cf. praef. librorum I, III, IV etc.

2) cf. ex. gr. I, 40—42. 178—180. 238—240. V, 108.

3) Potui sescenta addere; velut οὐ μέντοι, παμπόνηρον, ἰδιωτῶν, βάρβαρον, κωμικόν, δεινῶς ποιητικόν, οὐκ ἂν εἴποις, φορτικόν, ἐν χρήσει κεκριμένη, οὐκ ἀηδῆ, ἡδίω, βέλτιον, εἴποις ἄν, οὐ λίαν κέκριται, οὔπω παρὰ τοῖς κεκριμένοις εὖρον, τάχα καί etc.

ordinem velut elementorum sequi maluisse quam rerum. Omitto, quod haec fuit Caroli Ferdinandi Rankii opinio, qui abhinc quinquaginta quinque annis hanc quaestionem ad lexicographos Graecos cognoscendos omnium longe gravissimam primus laudabili opera [1]) movit: Meier quoque, cum duobus programmatis Halensibus supra indicatis glossographorum et lexicographorum Graecorum historiam adumbraret, eodem modo iudicavit [2]); nec praetermittendus Ritschelius, qui in libri „Die alexandrinischen Bibliotheken unter den ersten Ptolemaeern“ pagina 134 scripsit: „auch grammatische Werke, für die gar keine Abteilung nach Büchern erforderlich oder irgend nützlich war, namentlich Lexica, die an der alphabetischen Ordnung vollkommen genug hatten, [wurden] dennoch in Bücher zerschnitten. Wir erinnern nur an Stephanus von Byzanz, oder an die 95 Bücher des Zopyrion und Pamphilus (s. Hemsterhuis zu Suid. I. p. 1374. ed. nov.) nebst Diogenianus und Iulius Vestinus“; quod ei postea quoque, cum primum opusculorum volumen edidit, videtur persuasum fuisse [3]). Altera ex parte steterunt Welcker [4]) et Weber [5]), qui diversis nisi argumentis rerum ordinem poposcerunt. Mediam viam tenuit M. Schmidt [6]), qui nec elementorum ordinem neglectum voluit

1) „De lexici Hesychiani vera origine et genuina forma commentatio“. Lipsiae et Quedlinburgi. 1831. cf. imprimis cap. V. „de Pamphili glossis a Diogeniano excerptis“. 72 sqq. Adde quae disputavit in Erschii et Gruberi lexico III, X, 241 s. v. Pamphilus.

2) cf. opusc. acad. II, 44. Naber quoque [cf. Photii lexicon. proll. 19] et Laroche [die homer. textkritik. 111] cum Rankio fecerunt.

3) cf. opusc. I, 110 sq.

4) In recensione uberrima libri Rankiani, quae exstat in Mus. Rhen. II. [1834.] 269—302. 411—440 = opusc. II, 542 sqq. cf. 564 sqq.

5) „De Hesychii ad Eulogium epistola“ commentatio e programm. vernali gymnas. Vimar. seorsim typis exscripta. Halis Saxonum. 1865. cf. 16 sqq. Copiosius deinde in Philologi vol. supplem. III, 451 sqq. „Untersuchungen über das Lexicon des Hesych von Hugo Weber“.

6) Quaest. Hesych. LXI. CLXX: duplex consilium, duas partes (γλώσσας et ὀνόματα) statuit, [adde: CLV sqq.] ita ut sub singulis litteris fuerint: λέξις τραγική, λέξις Ὁμηρική. ναυτικὰ ὀνόματα, πολιτικὰ ὀνόματα κτλ.

nec intra litteras singulas et auctorum et rerum rationem spretam putavit.

Mihi in nullius horum argumentatione acquiescendum cum videatur — causas postea afferam —, de integro tota quaestio est tractanda. Atque primum quidem videamus, quid ex Suida de hac quaestione discamus; hinc enim eo magis necessarium est ordiri, quoniam ceterorum eius verbis nituntur opiniones.

Quattuor apud eum videntur inveniri Pamphili:

I. Πάμφιλος, Ἀμφιπολίτης, ἢ Σικυώνιος, ἢ Νικοπολίτης, φιλόσοφος, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλοπράγματος. Εἰκόνας κατὰ στοιχεῖον. Τέχνην γραμματικήν. Περὶ γραφικῆς καὶ ζωγράφων ἐνδόξων. Γεωργικά, βιβλία γ'.

II. Πάμφιλος, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. ἔγραψε Λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή. Περὶ γλωσσῶν, ἤτοι λέξεων βιβλία ἐνενήκοντα πέντε· ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε' στοιχείου ἕως τοῦ ω', τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α' μέχρι τοῦ δ' Ζωπυρίων ἐπεποιήκει. Εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ καλούμενα Ὀπικά. Τέχνην κριτικήν. καὶ ἄλλα πλεῖστα γραμματικά.

III. Πάμφιλος. οὗτος ἀεὶ ἔμμετρα ἔλεγεν ἐν τοῖς πότοις.

ἔγχει πιεῖν μοι, καὶ τὸ πέρδικος σκέλος.
ἀμίδα δότω τις, ἢ πλακοῦντά τις δότω.

οὕτως Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.

IV. Πάμφιλος, δημαγωγὸς Ἀθήνησι, καὶ ἔκλεπτε τὰ τοῦ δήμου, καὶ φωραθεὶς ἐπ' αὐτοφώρῳ κατελύθη, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης.

---

1. De I. et II. cf. Petrus Lambecius: comment. de bibliotheca Vindob. lib. II. c. 7. — Needham: prol. ad Geoponica ed. Niclas. LXIII sqq. — Sillig catalog. artif. 312. — Clinton: fasti Hellen. III, 556. — Schweighäuser: Athen. XIV, 159. — Urlichs: Mus. Rhen. XVI. [1861.] 247 sqq. et Chrestomath. Plin. 354. — Brunn: historia artificum II, 135. — Merklin: Philologus XV, 109. — Carolus Theodorus Michaelis: annal. archaeol. XXXIII. n. s. VIII, p. 3. — 4. Γεωργικά om. A. — 5. Unum II. Westermann Βιογράφοι 374 apposuit. — 9. Ὀφιακά Küster. Ὀφικά Bernhardy. Ὀρφικά Reinesius. Ὀφιόνικα Lambecius 541. τέχνην ῥητορικήν E. — 14. cf. Athen. I, 4 d. — 16. cf. Aristoph. Plut. v. 174 et 175. De IV. v. Fuhr: Mus. Rhen. Welcker-Näke. V, 422.

Deinde adicio quae huc faciunt ex aliis locis Suidae:

V. Οὐηστῖνος, Ἰούλιος χρηματίσας, σοφιστής. Ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου Γλωσσῶν, βίβλους δ'. Ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Δημοσθένους βιβλίων. Ἐκλογὴν ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους, καὶ Θρασυμάχου τοῦ ῥήτορος, καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων.

VI. Διογενειανός, Ἡρακλείας τῆς Πόντου, γραμματικός, γεγονὼς ἐπ' Ἀδριανοῦ βασιλέως. — Διογενειανός, Ἡρακλείας ἑτέρας, οὐ τῆς Πόντου, γραμματικός, γεγονὼς καὶ αὐτὸς ἐπ' Ἀδριανοῦ βασιλέως. ἐπιστατέον δὲ μήποτέ ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Ἀλβάκης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρίᾳ ἰατρός. ἦν γὰρ οὗτος παντοῖος λόγοις. οὐ γὰρ εὗρον ῥητῶς τὸ ἐξ Ἡρακλείας αὐτὸν εἶναι τῆς ἐν Πόντῳ, ἀλλ' οὕτω παρά τισι δεδόξασται. ἔστιν αὐτῷ βιβλία ταῦτα· Λέξις παντοδαπὴ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις ε (ἐπιτομὴ δ' ἐστὶ τῶν Παμφίλου λέξεων βιβλίων ε καὶ τετρακοσίων καὶ τῶν Ζωπυρίωνος). Ἐπιγραμμάτων ἀνθολόγιον. Περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὀρῶν, ἀκρωρειῶν. Περὶ παροιμιῶν κατὰ στοιχεῖον ἐπίτομον ἀναγραφήν. Συναγωγὴν καὶ πίνακα τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων καὶ τὰ λοιπά.

Denique quae in auctorum tabula Suidae praefixa leguntur:

VI. Οὐηστῖνος Ἰούλιος, σοφιστής, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, βιβλίων ἐνενήκοντα ἑνός.

VIII. Πάμφιλος, λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε στοιχείου ἕως τοῦ ω. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α μέχρι τοῦ δ' Ζωπυρίων πεποίηκε.

Tertium et quartum a nostra quaestione prorsus esse removendos quivis viderit; de primo et secundo eo est diffi-

---

1. Westermann 347 sq. om. A. — 2. βιβλία E. ϛδ BE. — 5. Westermann 365 sq. τῆς add. Westerm. — γεγονὼς — καὶ add. A V. „quamquam non recte sic, ut videtur, res unius discerpuntur". West. — 7. ἐπιστατέον A. ἐπιστητέον cett. — 8. ἦν γὰρ A B V E. ἦ γὰρ ἦν cett. — 9. παντοῖος λόγος A B D E. παντοίως λόγιος Toup, cui ego assentior. παντοῖος λόγους Bernhardy. — 11. ἔστιν αὐτῷ V. ἔστι δὲ αὐτοῦ cett. — λέξις παντοδαπὴ A B V E. λέξεις παντοδαπαὶ cett. — 13. ϛ coll. Suid. s. v. Πάμφιλος Hemsterh. Traditur τετρακοσίων. — 14. κρημνῶν B E. — 15. παροιμιῶν Schott. paroemiogr. Gr. 1, XXVII. Traditur ποταμῶν. — χρόνων ante ἐπίτομον add. Ranke. — 16. πίνακα . . . . περὶ τῶν B E. — τῇ om. A V. — τὰ om. A V. — Ad auctorum tabulam: 17. Ἰουστῖνος trad. corr. Valckenaer in Theocr. Adon. 294—6. — 21. ἐπεποιήκει vulg.

nec intra litteras singulas et auctorum et rerum rationem spretam putavit.

Mihi in nullius horum argumentatione acquiescendum cum videatur — causas postea afferam —, de integro tota quaestio est tractanda. Atque primum quidem videamus, quid ex Suida de hac quaestione discamus; hinc enim eo magis necessarium est ordiri, quoniam ceterorum eius verbis nituntur opiniones.

Quattuor apud eum videntur inveniri Pamphili:

I. Πάμφιλος, Ἀμφιπολίτης, ἢ Σικυώνιος, ἢ Νικοπολίτης, φιλόσοφος, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλοπράγματος. Εἰκόνας κατὰ στοιχεῖον. Τέχνην γραμματικήν. Περὶ γραφικῆς καὶ ζωγράφων ἐνδόξων. Γεωργικά, βιβλία γ'.

II. Πάμφιλος, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. ἔγραψε Λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή. Περὶ γλωσσῶν, ἤτοι λέξεων βιβλία ἐνενήκοντα πέντε· ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε' στοιχείου ἕως τοῦ ω', τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α' μέχρι τοῦ δ' Ζωπυρίων ἐπεποιήκει. Εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ καλούμενα Ὀπικά. Τέχνην κριτικήν. καὶ ἄλλα πλεῖστα γραμματικά.

III. Πάμφιλος. οὗτος ἀεὶ ἔμμετρα ἔλεγεν ἐν τοῖς πότοις.

ἔγχει πιεῖν μοι, καὶ τὸ πέρδικος σκέλος.
ἀμίδα δότω τις, ἢ πλακοῦντά τις δότω.

οὕτως Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.

IV. Πάμφιλος, δημαγωγὸς Ἀθήνησι, καὶ ἔκλεπτε τὰ τοῦ δήμου, καὶ φωραθεὶς ἐπ' αὐτοφώρῳ κατελύθη, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης.

---

1. De I. et II. cf. Petrus Lambecius: comment. de bibliotheca Vindob. lib. II. c. 7. — Needham: prol. ad Geoponica ed. Niclas. LXIII sqq. — Sillig catalog. artif. 312. — Clinton: fasti Hellen. III, 556. — Schweighäuser: Athen. XIV, 159. — Urlichs: Mus. Rhen. XVI. [1861.] 247 sqq. et Chrestomath. Plin. 354. — Brunn: historia artificum II, 135. — Merklin: Philologus XV, 109. — Carolus Theodorus Michaelis: annal. archaeol. XXXIII. n. s. VIII, p. 3. — 4. Γεωργικά om. A. — 5. Unum II. Westermann Βιογράφοι 374 apposuit. — 9. Ὀφικά Küster. Ὀφικά Bernhardy. Ὀρφικά Reinesius. Ὀφιόνικα Lambecius 541. τέχνην ῥητορικήν E. — 14. cf. Athen. I, 4 d. — 16. cf. Aristoph. Plut. v. 174 et 175. De IV. v. Fuhr: Mus. Rhen. Welcker-Näke. V, 422.

Deinde adicio quae huc faciunt ex aliis locis Suidae:

V. Οὐηστῖνος, Ἰούλιος χρηματίσας, σοφιστής. Ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου Γλωσσῶν, βίβλους δ'. Ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Δημοσθένους βιβλίων. Ἐκλογὴν ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους, καὶ Θρασυμάχου τοῦ ῥήτορος, καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων.

VI. Διογενειανός, Ἡρακλείας τῆς Πόντου, γραμματικός, γεγονὼς ἐπ' Ἀδριανοῦ βασιλέως. — Διογενέιανός, Ἡρακλείας ἑτέρας, οὐ τῆς Πόντου, γραμματικός, γεγονὼς καὶ αὐτὸς ἐπ' Ἀδριανοῦ βασιλέως. ἐπιστατέον δὲ μήποτέ ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Ἀλβάκης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρίᾳ ἰατρός. ἦν γὰρ οὗτος παντοῖος λόγοις. οὐ γὰρ εὗρον ῥητῶς τὸ ἐξ Ἡρακλείας αὐτὸν εἶναι τῆς ἐν Πόντῳ, ἀλλ' οὕτω παρά τισι δεδόξασται. ἔστιν αὐτῷ βιβλία ταῦτα· Λέξις παντοδαπὴ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις έ (ἐπιτομὴ δ' ἐστὶ τῶν Παμφίλου λέξεων βιβλίων έ καὶ τετρακοσίων καὶ τῶν Ζωπυρίωνος). Ἐπιγραμμάτων ἀνθολόγιον. Περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὀρῶν, ἀκρωρειῶν. Περὶ παροιμιῶν κατὰ στοιχεῖον ἐπίτομον ἀναγραφήν. Συναγωγὴν καὶ πίνακα τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων καὶ τὰ λοιπά.

Denique quae in auctorum tabula Suidae praefixa leguntur:

VI. Οὐηστῖνος Ἰούλιος, σοφιστής, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, βιβλίων ἐνενήκοντα ἑνός.

VIII. Πάμφιλος, λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ έ στοιχείου ἕως τοῦ ώ. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ά μέχρι τοῦ δ' Ζωπυρίων πεποίηκε.

Tertium et quartum a nostra quaestione prorsus esse removendos quivis viderit; de primo et secundo eo est diffi-

---

1. Westermann 347 sq. om. A. — 2. βιβλία E. qδ BE. — 5. Westermann 365 sq. τῆς add. Westerm. — γεγονὼς — καὶ add. A V. „quamquam non recte sic, ut videtur, res unius discerpuntur". West. — 7. ἐπιστατέον A. ἐπιστητέον cett. — 8. ἦν γὰρ A B V E. ἡ γὰρ ἦν cett. — 9. παντοῖος λόγος A B D E. παντοίως λόγιος Toup, cui ego assentior. παντοῖος λόγους Bernhardy. — 11. ἔστιν αὐτῷ V. ἔστι δὲ αὐτοῦ cett. — λέξις παντοδαπὴ A B V E. λέξεις παντοδαπαὶ cett. — 13. ϙ coll. Suid. s. v. Πάμφιλος Hemsterh. Traditur τετρακοσίων. — 14. κρημνῶν B E. — 15. παροιμιῶν Schott. paroemiogr. Gr. 1, XXVII. Traditur ποταμῶν. — χρόνων ante ἐπίτομον add. Ranke. — 16. πίνακα . . . . περὶ τῶν B E. — τῇ om. A V. — τὰ om. A V. — Ad auctorum tabulam: 17. Ἰουστῖνος trad. corr. Valckenaer in Theocr. Adon. 294—6. — 21. ἐπεποιήκει vulg.

cilius iudicium ferre; qui enim secundum lemmata duo videntur esse, ad minimun tres sunt: pictor grammaticus philosophus. Nam cum sciamus Pamphilum Sicyonensium pictorum principem, Pausiae Sicyonii et Apellis in arte magistrum, Eupompi discipulum, Amphipoli natum fuisse[1]), non dubitabimus, quin ad hunc referenda sint Π. Ἀμφ., ἢ Σικυών.[2]) . . . . περὶ γραφικῆς καὶ ζωγράφων ἐνδόξων. Qui vero contenderit Pamphilum pictorem eis vixisse temporibus[3]), a quibus opus de pictura pictoribusque illustribus par sit abiudicari[4]), ei statuendum

1) cf. Suid. s. v. Ἀπελλῆς: . . . μαθητὴς Παμφίλου τοῦ Ἀμφιπολίτου. Plin. n. h. XXXV, 75 sq.: „Macedo natione". 123. Plut. Arat. XII. — Adde ad tragoedum et pictorem discernendum schol. Arist. Plut. 385. Welcker: griech. Trag. II, 710. — Locos de pictore contulit J. Overbeck: die antiken Schriftquellen zur Gesch. der bild. Künste. Lipsiae. 1868. p. 330 sqq.

2) Ita Urlichs quoque statuit. Opus autem de pictura et pictoribus claris et Urlichs et Overbeck et Michaelis a pictore abiudicant. Ego contra censeo, quo de postea. Miror vero Urlichsium, qui περὶ γραφικῆς etc. grammatico tribuit.

3) Fuisse eum Alexandri et primis diadochorum temporibus ex discipulis efficitur.

4) Me quidem numquam habebit assentientem. Sicyoniae enim scholae pictores ad artis rationem artificumque historiam contemplandas et litteris mandandas in primis videntur inclinasse. Quintilianus instit. orat. III, 6, 33 [cf. XII, 10, 6] Pamphilum et Melanthium ratione dicit praestantissimos; secundum Plinium l. l. Pamphilus „primus omnibus litteris fuit eruditus". Quod vero gravissimum, Melanthium quoque, Pamphili discipulum, περὶ ζωγραφικῆς libros composuisse testis est Laert. Diog. IV, 18. Praeterea apud Vitruvium VII praef. 14 legimus Melampum [corr. Melanthium] symmetriarum praecepta conscripsisse; nec desunt in indice auctorum Pliniano ad libr. XXXV nec Apelles nec Melanthius. De Duridis περὶ ζωγραφίας opere [Laert. Diog. I, 38] dubiam scio esse rem, num Samii sit. — Ceterum fortasse e re est monuisse inter Iubae regis libros reperiri περὶ γραφικῆς ἢ περὶ ζωγράφων. cf. A. Görlitz: de Iubae regis Mauret. fragm. part. II. Vratisl. 1862. p. 16. cap. VI; titulos ille probabiliter vocula ἢ coniunxit. cf. praeterea Mueller fragm. histor. Graec. III, 48. — A Pamphilo aetate non ita discrepat Callixenus Rhodius, quem Photius bibl. cod. 161 testis est ζωγράφων καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφήν composuisse, a Sopatro illam

erit suppositicium fuisse, quod cur in tanto nomine, quantum fuit pictoris Pamphili, veri sit dissimile, non assequor; quamquam me opus genuinum iudicare vides.

Sequatur philosophus[1]). Novimus eius nominis sat celebrem Platonicum, quem Sami Epicurus[2]) audivit; potest igitur φιλόσοφος ille esse. Nicopoli autem eum non natum fuisse constat, quia huius nominis urbes[3]) post Philippi tempora conditae sunt; in librorum vero, qui secuntur, titulis deesse, qui aliqua cum probabilitate ad philosophum referri possit, quivis viderit.

Grammatico sine dubio τέχνην γραμματικήν et II. tribuemus; nam quod E pro τέχνην κριτικήν praebet τέχνην ῥητορικήν, non puto ideo cum Bernhardyo cogitandum esse de rhetore Pamphilo a Cicerone in l. de oratore tertio castigato[4]): depravata potius videtur lectio[5]).

Sed iam enucleanda verborum εἰκόνες κατὰ στοιχεῖον ratio;

postea excerptam [v. Phot. bibl. ed. Bekker 104 b 39]. Pompeii temporibus Theophanes περὶ γραφικῆς scripsit. Laert. Diog. II, 104. Addendus Artemo; cf. Harpocr. s. v. Πολύγνωτος.

1) De Pamphilo Platonico cf. Zeller: Philos. der Griech. III, 1, 364 adn. 2 et II, 1, 837 adn.

2) cf. Cicero: de deorum natura I, 72 sq. Laert. Diog. X, 14 [13]. Sextus Empir. adv. math. I, 2. — Ceterum Lambecius quae Suidas sub I. et II. praebet sic distribuit: Παμφ. Ἀμφ., ἢ Σικ., ἢ Νικοπ., [φιλόσ.] ὁ ἐπικλ. φιλοπράγματος. — Παμφ. Ἀλ., γραμμ. Ἀριστ., ἔγραφεν εἰκόνας (τῶν βοτανῶν) κ. στ. Γεωργικὰ βιβλία γ'. Εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ καλ. Ὀφιόνικα. Περὶ γραφικῆς κτλ., quae apud Suidam I. et II. tribuuntur; inter ea Λειμῶνα · ἔστι δὲ ποικίλων περιοχὴ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων, βιβλία ἑνεν. π.; adiunxit denique III. Bernhardy adnotavit: „a grammatico quidem par est abiudicari tam εἰκόνας quam georgicorum et artis pictoriae volumina, quorum singulos auctores nunc ignoramus; contra τέχνη γραμματικὴ superiorem ordinem apparet praeter fas involasse".

3) Sunt qui Νικοπολίτης grammatici [Urlichs], sunt qui pictoris nomini addant. Ut res est, probabilia non possum proferre; pictori Macedoni sane melius quam ceteris convenit. — Sed viginti enumerat Pamphilos Westermann in Paulyi encyclop., plures conquirere qui volet poterit.

4) Cic. de or. III, 21, 81. cf. Arist. rhet. B 23. 1400 a 4.

5) Quod non mireris, Berhardyum si audias, in isto libro ms. Urlichs quoque sic iudicat.

quibus iniuriam fecit Lambecius, cum suppleret εἰκόνας <τῶν βοτανῶν> κ. στ. moneretque de Galeni loco infra excutiendo, quo Pamphilus quidam carpitur, qui περὶ βοτανῶν πραγματείαν secundum elementa ordinatam ineptam medicoque indignam composuerit [1]). Sed εἰκόνες a Galeno non nominantur nec fuerunt certe in Pamphili πραγματείᾳ; βοτάναι vero apud Suidam desunt. Nec puto rem absolvi, si cum Kustero de Philostrati opere, quod inscribitur εἰκόνες vel cum Merklino et Rankio de Varronis imaginibus vel cum Michaeli de opere rhetorico Lucianique iconibus cogitamus: nam in talia opera qui elementa sequitur ordo minime quadrat. Fortasse verba κ. στ. lacuna statuta [2]) omnino separanda sunt a voce εἰκόνας; potest fuisse εἰκόνας . . . περὶ βοτανῶν κατὰ στοιχεῖον [3]), ita ut hic quique sequitur liber grammatici habendus sit; iam nihil profecto nos vetat de opere Varronis imaginibus simili cogitare. Pamphilus γεωργικῶν auctor in Geoponicis saepius commemoratur nec non apud Photium [4]) patriarcham, qui testis est eum in Οὐινδανίου

1) Quamquam hoc sane maneat Lambecio meritum penitus intellexisse medicum illius loci a grammatico non debere divelli. cf. l. l. 534. τῶν βοτανῶν eruditorum consensus reiecit [Kuster primus fuit]; unus Wesseling Diod. I, 81 patronus exstitit: „nam et ἰδέας τῶν βοτανῶν illi tribuit Galenus et ita describit, ut imagines esse debeant, et praeterea se κ. στ. suum opus concinasse, ut olim Pamphilus". Galeni locum infra videbimus, nec non erit nobis res cum Ernesto H. F. Meiero, qui in l. „Geschichte der Botanik" vol. II, ut Lambecii περὶ βοτανῶν suo iure reiecit [p. 145], ita sub §. 18: „Pamphilos der Botaniker nebst einigen anderen desselben Namens" inde a p. 137 ad 145 ex Galeni Suidaeque locis quinque nobis paravit Pamphilos. Qui historiam medicinae veteris conscripserunt Sprengel et Haeser, alter [II, 42] Galeni Pamphilum alium esse iussit, alter [298] erroribus miseris irretitus est.

2) Si enim re vera demonstratum est — nec omnino video, qui hoc possit negari — magnas turbas locum Suidanum passum esse, quid inauditi in lacuna statuenda? Ego certe, quod postea defendam, inter Pamphili opera, quorum quidem novimus titulos, nullum alium cui κ. στ. illud conveniat agnosco.

3) Plura de hoc opere videbis infra, ubi totum Galeni locum excussurus sum.

4) bibl. cod. 163, p. 107 a 3.

Ἀνατολίου Βηρυτίου συναγωγῇ γεωργικῶν ἐπιτηδευμάτων infuisse; nec mihi constat, num audiendus sit Bernhardy, qui a grammatico illa γεωργικὰ βιβλία γ' abiudicat [1]); quamquam, ut Urlichs monuit, veri simile est vocem γεωργικά, quae in A non invenitur, postea esse illatam [2]).

Quid igitur de grammatico Pamphilo ex Suida comperimus? Fuit Alexandrinus, scholae addictus Aristarcheae, quam Alexandriae durasse post ἥρως ἐπωνύμου eiusque discipulorum mortem inter alios Didymus Aristarcheus a Suida dictus testatur [3]). Scripsit praeter Λειμῶνα et ingens glossarum opus [4]) nonaginta quinque librorum [5]) commentarios εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα

1) Geoponica II, 20. V, 23. VII, 20. X, 39 sq. 86. XIII, 15. XIV, 14. XV, 1: Πάμφιλος ἐν τῷ περὶ φυσικῶν. Contrarium suasit P. Needham in proleg. in Γεωπονικά ed. Niclas. cf. p. 63 sqq.

2) Quod adhuc omisi ὁ ἐπικληθεὶς Φιλοπράγματος, cum optio data sit, ad quemnam ex tribus illis, pictorem dico philosophum grammaticum, referamus, quamquam quod minime expectamus νόci φιλόσοφος adiungitur, tamen cessat voluntas alii tribuere nisi grammatico. Sed verbum ipsum est inauditum: habemus πολυπράγματος = πολυπράγμων et φιλοπραγματίας = φιλοπράγμων „ὁ σπουδάζων πάντα τρόπον πράγματα μεταχειρίζεσθαι" [Bekker anecd. III, 13]; tamen ideo de mutanda voce [velut in Φιλογράμματος, quod pictori tribuunt epitheton, valde mehercle insulsum] non cogitaverim. Estne ὃς οὐ τὰ ὀνόματα ἀλλὰ τὰ πράγματα φιλεῖ? quod etsi Galenus de eo profecto non dixisset, grammatici potuerunt in eo doctrinam ingentem illam, qua res complexus est, notare. Quamquam grammaticorum et medicorum Graecorum cognomina — non iocularia tantum — res ardua!

3) „De Aristarchi discipulis" anno 1883 Augustus Blau multa disputavit in diss. inaug. Ienensi, nec oblitus est in prooemio Aristarcheorum.

4) Recte enim me iudice invitis Rankio Welckero aliis Bernhardy et Urlichs λειμῶνα [pratum] a glossis discernunt; ille enim titulus nec umquam — praeter catal. auctorum Suidae praefixum, de quo cf. Bernhardy in praef. ed. [II, 2 p. XL sq.], cuiusque hac in re nulla certe auctoritas — huic operi inditur nec omnino ei convenit.

5) s. v. Πάμφιλος [et in catal. auct. s. eadem v.] 95 sunt, s. v. Οὐησπῖνος in catal. 91, s. v. Διογενειανός 405, vereor ne calami lapsu ϒ pro ϙ scripto. Miramur, quod Callimachi πίνακες — viri amplis voluminibus quam infestissimi — centum et viginti libros impleverunt; sed stuperemus certe, si hic in numero 405 testes conspirarent. Et qui tot

et aliud eiusdem opus, quod alii — cum Ὄπικα traditum nihili sit — Ὀφιακά [Kuster] alii Ὀφικά [Bernhardy] alii Ὀρφικά [Reinesius] alii Ὀφιόνικα [Lambecius] fuisse malunt. Fuerunt Nicandri Ὀφιακά [non Ὀφικά][1]), nec id opus in quod interpretandum Pamphili incurrerent ultimum; nescio tamen an de Οἰταικά[2]) carmine epico duorum ut videtur librorum cogitare praestet, quippe quod ad traditam scripturam paullo propius[3]) accedat.

Artem grammaticam sub I. memoratam quoniam huc duxi transponendam, τέχνην κριτικήν non video, quid aliud esse possit nisi eiusdem operis alterum nomen[4]), qua in re — parvi ut videtur momenti — non diutius moratus transeo ad glossarium illud unicum, Pamphili opus primarium.

Atque hoc sane Rankio Meiero Ritschelio aliis dandum est, si quam Suidae verbis nixi operis Pamphilei nobis fingere velimus imaginem, fieri non posse, quin existimemus ad literarum id ordinem fuisse digestum: ab ά ad δ΄ Zopyrio[5]) glossas congesserat, ab έ ad ώ Pamphilus. Nec valent quae contra

voluminum ambitus continuo in epitomam 4 vel 5 librorum potuit cogi? — Qui 91 scripsit in catal. s. v. Οὐηστῖνος num quattuor Zopyrionis libros α—δ dormitans dempserat? cf. Naber: Photius. proll. 19. Weber in Phil. suppl. III, 480.

1) cf. schol. Nic. ther. 377.

2) cf. Athen. VII, 282 f. 329 a. IX, 411 a.; cf. Schneider 29 .sqq.

3) Habemus enim ex Οἰταικά „α" priore deleta Οἰτικά = Ὄπικά.

4) cf. Lehrs: anal. gramm. I: de vocabulis φιλόλογος γραμματικὸς κριτικός = Herodiani scripta tria p. 400 adn.: „Pamphili τέχνη κριτική qualis fuit? . . . sub Πάμφιλος Ἀμφιπολ. est τέχνη γραμματική". Minus fortasse difficilis videtur quaestio collatis — ita iam Lehrs — schol. Dion. Thrac. 673, 19 Bekker: ἐπιγέγραπται τὸ παρὸν σύγγραμμα κατὰ μέν τινας περὶ γραμματικῆς, κατὰ δὲ ἑτέρους περὶ κριτικῆς τέχνης. κριτικὴ δὲ λέγεται ἡ τέχνη ἐκ τοῦ καλλίστου μέρους. cf. Lehrs, anal. gr. IV de Asclepiade Myrl. = Herod. scr. tria p. 437 adn. in primis: „et fortasse iam Sexti tempore non idem omnium exemplarium index". Certe non cum Urlichsio duas artes et κριτικήν et γραμματικήν Pamphilo gr. tribuerim.

5) De homine illo praeter Suidanum illud nil scimus. Quid enim iuvat apud Plutarchum in symp. quaest. libri IX zetem. 3 et 4 Zopyrionem gramm. introduci? Quid Alexandriae sub initium saec. I medicum Zopyrum fuisse auctoribus Caelio Aureliano Oribasio aliis? Desperandum est.

disputaverunt et Welcker et Weber. Ille[1]) enim in eo offendit, quod mirum fuisset, si lexicon ad elementorum seriem ordinatum ab altero componi coeptum, ab altero finitum esset, nisi hic schedularum illius heres fuisset. Sed hodieque ita fiunt lexica, nec omnino statuendum Zopyrionem ipsum ex scriptis antiquis glossas colligere quam antecedentium lexicographorum dapibus frui maluisse. Quod vero Weber[2]) copiose disputavit: „Keines der erhaltenen lexica, welches das praedicat κατὰ στοιχεῖον hat, ist in buecher geteilt". . et . . „Denn[3]) wenn die woerter in lexicon-art nach dem alphabet von α — ω liefen, wo blieb dann die einteilung in 95 (oder 405) buecher? denn fand diese statt, so konnte jene alphabetische reihenfolge der woerter nicht die vorhandene sein oder jene war voellig unnuetz und ohne sinn", vereor ne vir doctus falsam de operibus veterum in libros dividendis opinionem animo conceperit. Omitto enim — quod ipse adnotavit[4]) — „dass des Didymos τραγικὴ λέξις bei Hesychios κατὰ στοιχεῖον heisst und doch sonst das 28. buch citiert wird", omitto, quod nobis non persuasit Verrium Flaccum elementorum ordinem sprevisse, omitto, quod ex. gr. quae Photius in bibl. cod. 151 de Timaeo, Erotianus 31, 10 ed. Klein. de Glaucia habent in contrariam ac Weber[5]) vult partem verti possunt, — quid quod apud Suidam s. v. Διογενειανός legimus λέξις παντοδαπὴ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις έ, s. v. Πάκατος περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου ἢ περὶ Ἑλληνισμοῦ βιβλία ζ΄ (ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον), περὶ Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προσῳδίᾳ βιβλία γ΄ (ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον)? cf. s. v. Εἰρηναῖος etc. Quid quod apud Charisium[6]) Caesellii Vindicis lectiones antiquae „A literae libro I" sim. citantur[7])? Videmus igitur tantum abesse, ut Pamphili περὶ γλωσσῶν κτλ. opus ad

1) Kleine Schriften II, 565.

2) Philol. suppl. III, p. 477 adn. 43.

3) l. l. 479.

4) l. l. 488 adn. 60.

5) l. l. 477 adn. 43.

6) cf. Keil: Gr. Lat. I, 117, 13.

7) In univ. cf. Ritschelium, qui tamen nec multa attulit exempla nec ea quae omnibus probantur: die alex. Bibl. 134 = opusc. I, 111 sqq.

rerum capita digestum fuisse Suidae verbis evincatur, ut contra per nonaginta quinque libros elementorum ordinem servatum prioresque fortasse viginti — si tot litteris α β γ δ tribuimus — a Zopyrione confectos esse Suida nixus efficere forte studuerit, qui aliunde meliora discere recusarit.

Sed priusquam, unde discamus meliora, circumspiciamus, opus est aetatem, qua vixerit Pamphilus, definire. Vestinus, qui Pamphili opus in epitomam quattuor librorum redegit[1]), si recte idem iudicatur cum eo, cuius titulus honorarius ad viam Ostiensem est repertus[2]), circa annum 100 p. C. n. videtur floruisse; nec multo post secundum Suidam[3]) Diogenianus fuit ipse quoque operis Pamphilei epitomator. Pamphilus in glossis[4]) Apionem citavit, ita ut aut aequalis aut posterior Apione debeat fuisse. Floruit igitur intra annos 25 p. C. et 100 p. C.; coniecerim autem eum aut continuo aut Zopyrione vel alio interposito Apionem, Theonis successorem, in schola Alexandrina gubernanda secutum esse, persuasumque habeo eum ab anno 50—75 viguisse.

Iam redeundum, unde eramus orsi.

Ipse aliquando, cum de Pamphilei operis forma testimonia conquirerem[5]), ex Galeni quodam loco me hanc quaestionem

1) cf. supra V et VII, p. 65.

2) cf. CIG. 5900: Ἀρχιερεῖ Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης Λευκίῳ Ἰουλίῳ Ὁυηστίνῳ καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ Μουσείου καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθηκῶν Ῥωμαικῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν καὶ ἐπὶ τῆς παιδείας Ἀδριανοῦ ἐπιστολεῖ τοῦ αὐτοῦ αὐτοκράτορος. . .

3) cf. supra VI, p. 65.

4) cf. Athen. XIV, 642 e.

5) Pamphili quae ad glossas spectant fragmenta, Diogeniani et Vestini reliquias post Rankium collegit M. Schmidt: quaest. Hesych. LXI sqq. et LXXXVI sqq. Πάμφιλος ἐν ά citatur in schol. ad Anton. Liber. κγ. p. 100 ed. Teuch.: Βάττος · ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων ά καὶ Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις καὶ Διδύμαρχος Μεταμορφώσεων γ' καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσιν καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν ἐπιγράμμασιν, ὥς φησι Πάμφιλος ἐν ά. Hoc qui Pamphilum secundum elementa ordinasse sibi persuaserunt, aegre cum glossarum opere conciliabunt. Secundum Et. M. 521, 28 glossis Pamph. Herodianus usus est, qui praecepta Pamph. prosod. saepius affert, ut videre est apud Rankium l. l. 120 sqq.

diiudicaturum sperabam; quae spes quamquam me quidem fefellit, tamen e re duco de Galeni verbis copiosius exponere, cum unicum illud sit de Pamphilo testimonium, quo de viri indole ingenio studiis certior fias hominis non ita multo post degentis iudicio.

Galenus in operis περὶ κράσεως καὶ δυνάμεως τῶν ἁπλῶν φαρμάκων libro VII = editionis Kuehn. XI 792 haec disputat: καὶ μέντοι καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν [scil. τῶν φυτῶν] τῆς γραφῆς ἔγνων χρῆναι κατὰ στοιχεῖον ποιήσασθαι, ... οὕτω δὴ καὶ Πάμφιλος ἐποιήσατο τὴν περὶ τῶν βοτανῶν πραγματείαν . ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εἴς τε μύθους γραῶν τινας ἐξετράπετο καί τινας γοητείας Αἰγυπτίας ληρώδεις ἅμα τισὶν ἐπῳδαῖς, ἃς ἀναιρούμενοι τὰς βοτάνας ἐπιλέγουσιν . καὶ δὴ κέχρηται πρὸς περίαπτα καὶ ἄλλας μαγγανείας οὐ περιέργους μόνον, οὐδ' ἔξω τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ἀλλὰ καὶ ψευδεῖς ἅπάσας . ἡμεῖς δὲ οὔτε τούτων οὐδὲν οὔτε τὰς τούτων ἔτι [μᾶλλον][1]) ληρώδεις μεταμορφώσεις ἐροῦμεν . οὐδὲ γὰρ τοῖς μικροῖς παισὶ κομιδῇ[2]) χρησίμους | ὑπολαμβάνομεν εἶναι τοὺς τοιούτους μύθους, μήτι γε δὴ τοῖς μετιέναι σπεύδουσι τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔργα . . . . ὁ δέ γε Πάμφιλος ὁ τὰ περὶ τῶν βοτανῶν συνθεὶς εὔδηλός ἐστιν κἀξ αὐτῶν ὧν γράφει γραμματικὸς ὢν καὶ μήθ' ἑωρακὼς τὰς βοτάνας ὑπὲρ ὧν διηγεῖται[3]) μήτε τῆς δυνάμεως αὐτῶν πεπειραμένος, ἀλλὰ τοῖς | πρὸ αὐτοῦ γεγραφόσιν ἅπασιν ἄνευ βασάνου πεπιστευκώς . οὗτος μὲν ἐξέγραψε βιβλία, πλῆθος ὀνομάτων ἑφ' ἑκάστῃ βοτάνῃ μάτην προστιθεὶς, εἶθ' ἑξῆς εἴ τις αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπου μετεμορφώθη διηγούμενος, εἶτα ἐπῳδὰς καὶ σπονδὰς δή τινας καὶ θυμιάματα ταῖς ἐπὶ τούτων ἐκ τῆς γῆς ἀναιρέσεσι προσγράφων, ἑτέρας δὲ γοητείας τοιαύτας ληρώδεις . ὁ δὲ Ἀναζαρβεὺς Διοσκουρίδης ἐν πέντε βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασιν ὕλην ἔγραψεν . . . . . ταῦτά τε οὖν ἀναγινώσκειν χρὴ τὸν ἔμπειρον γενέσθαι ὕλης βουλόμενον, ἔτι τε πρὸς τούτοις τά Θ' Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου καὶ | Κρατεύα καὶ Μαντίου . . . . ὥσθ' ὅτῳ σχολὴ χρησίμοις ὁμιλεῖν βιβλίοις περὶ φαρμάκων γεγραμμένοις ἔχει πολλὰ

1) μᾶλλον supplevi. melius fortasse ληρωδεστέρας.

2) κομιδῇ videtur ante παισὶ ponendum.

3) Hic velim reputet secum lector, num re vera sit verisimile εἰκόνας fuisse herbis additas, ut Lambecius et Wesselingius spoponderunt.

καὶ τῶν παλαιῶν μέν, | ὡς εἴρηται, καὶ τῶν νεωτέρων δὲ οὐκ ὀλίγα μέχρι καὶ τῶν περὶ Πάμφιλόν τε καὶ Ἀρχιγένην . καὶ μὲν δὴ καὶ Ῥούφῳ τῷ Ἐφεσίῳ . . . . . Ἀνδρέου δὲ καὶ τῶν ὁμοίως ἀλαζόνων ἀφίστασθαι χρὴ, καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι Παμφίλου τοῦ μηδ' ὄναρ ἑωρακότος ποτὲ τὰς βοτάνας, ὧν τὰς ἰδέας ἐπιχειρεῖ γράφειν . οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης εἴκαζεν αὐτούς, ὁμοιότατοι τοῖς κήρυξίν εἰσιν, ὅσοι τὰ τῆς ἰδέας γνωρίσματα κηρύττουσιν ἀποδεδρακότος ἀνδραπόδου, αὐτοὶ μηδεπώποτε θεασάμενοι . λαμβάνουσι μὲν γὰρ τὰ γνωρίσματα παρὰ τῶν εἰδότων, λέγουσι δὲ ὡς ἐπῳδὴν αὐτά, (ἃ)[1] μηδὲ εἰ παρεστὼς ὁ κηρυττόμενος τύχῃ, διαγνῶναι δυνάμενοι. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐμεμφόμην τοῖς πρώτοις γράψασι τὰς ἰδέας τῶν βοτανῶν, ἄμεινον ἡγούμενος αὐτόπτην γενέσθαι παρ' αὐτῷ τῷ διδά|σκοντι τὸν μανθάνοντα καὶ μὴ τοῖς ἐκ τοῦ βιβλίου κυβερνήταις ὁμοιωθῆναι . . . . . εἰ δὲ ἄρα καὶ δέοιτο τοῦ βιβλίου, τίς οὕτως ἄθλιος, ὡς παρελθὼν[2] τὰ Διοσκουρίδου καὶ Νίγρου καὶ Ἡρακλείδου καὶ Κρατεύα καὶ ἄλλων μυρίων ἐν τῇ τέχνῃ καταγηρασάντων βιβλία γραμματικοῦ[3] γράφοντος ἐπῳδὰς καὶ μεταμορφώσεις καὶ δεκανῶν καὶ δαιμόνων ἱερὰς βοτάνας ἀνάσχοιτ' ἄν; ὅτι γὰρ γόητες ἄνθρωποι ἐκπλήττειν τὸν πολὺν ὄχλον ἔργον πεποιημένοι τὰ τοιαῦτα συνέθεσαν ἐξ αὐτῶν ἔνεστί σοι γνῶναι τοῦ[4] Παμφίλου βιβλίων, ὃς πρῶτον μὲν ἐν ταῖς βοτάναις ἔγραψεν ἀβρότονον, ἅπασιν ἡμῖν γνώριμον τυγχάνουσαν, εἰθ' ἑξῆς ἄγνον, ἱκανῶς καὶ τοῦτο γνώριμον θάμνον, εἶτ' ἄγρωστιν οὐδὲ τοῖς ἰδιώταις ἄγνωστον πόαν, εἶτ' ἄγχουσαν ἣν οὐδὲ αὐτὴν ἀγνοεῖ τις, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ ἀδίαντον ἐφεξῆς αὐτῇ γεγραμμένον. | ἐν μὲν δὴ τούτοις οὐδὲν ὧν ἴσμεν περιττότερον γράφει · μετὰ δὲ ταῦτα βοτάνης μέμνηται καλουμένης, ὡς αὐτός φησιν, ἀετοῦ, περὶ ἧς ὁμολογεῖ μηδένα τῶν Ἑλλήνων εἰρηκέναι μηδὲν, ἀλλ' ἔν τινι τῶν εἰς Ἑρμῆν τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων ἐγγεγράφθαι, περιέχοντι τὰς λς' τῶν ὡροσκόπων ἱερὰς βοτάνας, αἳ εὔδηλον ὅτι πᾶσαι λῆρός

1) ἃ ex αὐτὰ inscite repetitum delevi.

2) παρελθεῖν codd.

3) codd. γραμματικὰ. ὡς [pro ὥστε] ἀνάσχοιτ' ἄν: similis constructio Xenoph. conviv. IV, 39: ταῦτα οὕτως ἡδέα μοι δοκεῖ εἶναι, ὡς μᾶλλον μὲν ἥδεσθαι . . . . . οὐκ ἂν εὐξαίμην, ἧττον δέ.

4) Videtur τῶν corrigendum.

εἰσι καὶ πλάσματα τοῦ συνθέντος, ὁμοιότατα τοῖς Ὀφιονίκοις τοῖς Κογχλακόγχλα[1] . οὔτε γὰρ ὅλως ἐγίνετό τις Κογχλα[σ]κόγχλας, ἀλλ' εἰς γέλωτα σύγκειται τοὔνομα, καθάπερ καὶ τἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὸ βιβλίον αὐτοῦ γεγραμμένα . καὶ αἱ λς' αὗται βοτάναι μέχρι τῶν ὀνομάτων προέρχονται, μηδενὸς αὐταῖς ὑποκειμένου πράγματος . ἀλλὰ Πάμφιλος μὲν ὥσπερ ἄλλοι πολλοὶ σχολὴν ἴσως ἦγεν ἀχρήστους μύθους ἐγγράφειν βιβλίοις . . . . .

Addo alium Galeni locum paullo infra exstantem in eiusdem operis cap. VI = ed. K. XI 804: τοσόνδε μέντοι προσθεὶς ἔτι περὶ ἀβροτόνου καταπαύσω τὸν λόγον, ὡς ὁ θαυμασιώτατος Πάμφιλος, καίτοι ταύτην πρώτην πόαν γράφων καὶ τάχ' ἂν εἰ μηδενὸς τῶν ἐφεξῆς, ἀλλὰ ταύτης γοῦν ἐθελήσας αὐτόπτης γενέσθαι, ὅμως ἔσφαλται μέγιστα, νομίζων ὑπὸ Ῥωμαίων σαντόνικον ὀνομάζεσθαι τὴν βοτάνην . διαφέρει γὰρ ἀβρότονον σαντόνικου, καθότι καὶ Διοσκουρίδης ἔγραψεν ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ὕλης ἀκριβέστατα, καὶ πάντες ἴσασι τοῦτό γε ἰατροὶ καὶ ῥωποπῶλαι . τοῦ μὲν γὰρ ἀβροτόνου δύο ἐστὶν εἴδη, τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ νομιζόμενον, ὡς καὶ τοῦτο διώρισται παρὰ τῷ Διοσκουρίδῃ τε καὶ τῷ Παμφίλῳ καὶ ἄλλοις μυρίοις.

Deinde K. XII 31 legimus περὶ κληματίδος: ἀλλ' ὅ γε θαυμασιώτατος Πάμφιλος, ὥσπερ τὰ ἄλλα πάντα ληρεῖ, περὶ ὧν οὐκ οἶδε γράφων, οὕτω καὶ ταῦτα ἄμφω συνέχεεν ἐς ταὐτόν.

Nec praetermittendi hi loci, qui exstant in prooemio ad τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησιν = K. XIX 63: ἡμεῖς περιείδομεν . . . . τὸ διηγεῖσθαι τὴν ἰδέαν ἑκάστου φυτοῦ καὶ βοτάνης καὶ τῶν μεταλλευομένων . . ἤδη δὲ καὶ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ζῴων ὅλων ὅσων ἂν ἑκάστοτε τύχῃ μεμνημένος ὁ Ἱπποκράτης, ἅπερ ὁ Διοσκουρίδης[2] οὐκ αἰδεῖται μεταγράφειν ἐκ τῶν Νίγρου τε καὶ Παμφίλου καὶ Διοσκουρίδου τοῦ Ἀναζαρβέως καὶ [τῶν][3] πρὸ τούτων Κρατεύα τε καὶ Θεοφράστου καὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου . . . et s. v. ἀγρίη κολοκύνθη p. 69 K.: ἡ κολοκυνθίς, ἃς καὶ Κρατεύας καὶ Διοσκουρίδης καὶ Πάμφιλος et s. v. ἰνδικόν .

1) codd. Κόγχλας. corr. Usener Mus. Rhen. XXVIII [1873], 640. cf. Phot. bibl. cod. 167. p. 113 Bekker. Meineke: histor. crit. com. Gr. 430 sq. Rohde: der Griechische Roman 219 sq. adn. 1.

2) οὐχ ὁ ἐπικληθεὶς Φακᾶς, ὁ Ἡροφίλειος, ἀλλ' ὁ νεώτερος, ὁ κατὰ πατέρας ἡμῶν. v. s.

3) τῶν addidi.

Atque hunc Pamphilum esse Aristarcheum facile intelleget, qui animadverterit eum et ut grammaticum denotari a Galeno et γοητείας Αἰγυπτίας et μεταμορφώσεις et πλῆθος ὀνομάτων προστιθέναι utile iudicasse, quod in Alexandrino lexicographo et Nicandri interprete minime mirum, nec denique in eum temporum rationem male quadrare; accedit quod non sine auctoritate et fama videtur fuisse quem Galenus hic carpit grammaticus [1]). πραγματείαν vero περὶ βοτανῶν, quamquam ipse aliquando partem operis περὶ γλωσσῶν iudicavi, nunc facere non possum, quin proprium fuisse opus contendam, ita ut iudicium de opere illo non debeat pendere ab hoc. Tres mihi sunt causae. Primum enim per se veri est dissimile Galenum medicum operis, quod vocubularii consilium cum encyclopaediae realis utilitate coniungeret, caput aliquod impugnare voluisse. Deinde quae opprobrio vertit Pamphilo Galenus, quod herbas apposuerit omnibus notas, quod aliorum auctoritate sit nisus, ipse artis plane rudis, quod mutatis formis nominumque inutilium copia additis se grammaticum esse manifestum reddiderit, quid haec sibi volunt in opus περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων dicta,

1) Qui praeterea apud Galenum nominatur Pamphilus de simplic. med. = K. XI, 839 s. v. [1] περὶ ἐκδορίων . ἐκδόριον λειχήνων . ταύτῃ Πάμφιλος χρησάμενος ἐπὶ Ῥώμης πλεῖστον ἐπορίσατο ἐπικρατούσης ἐν τῇ πόλει τῆς μεντάγρας λεγομένης et 842 [2] Χλωρόν, ᾧ ἐχρήσατο Πάμφιλος ἐπὶ τῆς μεντάγρας λεγομένης μετὰ τὴν ῥῆξιν τῆς φλυκταίνης et seq. et XIII, 68 [3] Ληξοπύρετος ἡ Παμφίλου μιγματοπώλου καλή et seq. utrum is sit, quem tam acerbe vituperatum a Galeno vidimus, an alius, multum disceptaverunt viri docti. Atque qui tertio loco affertur Πάμφιλος μιγματοπώλης videtur procul habendus a nostro. Idem fortasse est primo et altero nominatus. Quod quidem Meier [Gesch. der Bot. II, 140] attulit, cum mentagra [secundum Plin. n. h. XXVI, 3 et 6] Romae sub Tiberio saeviverit, Pamphilus vero περὶ βοτανῶν auctor cum Archigene coniunctus [cf. Galen. XI, 796] circa finem saec. I p. C. n. vixisse „videatur", ideo non eundem esse posse, quivis videt, quam nihil insit πειθανάγκης. Sed si hic verum vidit Meier, non debebat proprium sibi fingere botanicae artis peritum Pamphilum diversum illum ab Alexandrino; nam si neglegimus, quae suadent, ut de eodem nomine tradita inter se concilientur, qui possumus ex hisce miseris reliquiis litterarum historiam consarcinare? Sed haec non suadent, sed clamant omnia.

quod qui condit nihil certe nisi grammaticum praestare vult? Denique cave putes ordine quem opus περὶ βοτανῶν sequitur alphabetico subindicari partem lexici. Praeterquam enim quod mihi persuasum est — et alios spero postea in easdem ituros partes — Pamphileum opus intra singula quoque capita elementorum ordinem sprevisse, mos ille erat eius temporis medicorum vel pseudomedicorum, qui de herbis tractarunt, materiam secundum litteras distribuere. Audiamus enim quem eius generis summum praedicat ipse Galenus Dioscoridem Anazarbeum in praefatione ad librum περὶ ὕλης primum [1]) hoc modo disputantem: Πλὴν τοῖς μὲν ἀρχαίοις μαρτυρητέον, μετὰ τῆς ὀλιγότητος τῶν παραδοθέντων καὶ τὴν ἀκρίβειαν προσπαραλαβοῦσι, τοῖς μέντοι νέοις οὐ συγκαταθετέον, ὧν ἐστι Βάσσος ὁ Τυλαῖος, καὶ Νικήρατος καὶ Πετρώνιος, Νίγερ τε καὶ Διόδοτος, Ἀσκληπιάδαι πάντες. Οἳ τὴν μὲν πᾶσι σύμφυλον καὶ γνώριμον ὕλην ἠξίωσαν ἐπὶ ποσὸν ἀναγραφῆς ἀκριβοῦς, τὰς δὲ τῶν φαρμάκων δυνάμεις καὶ δοκιμασίας ἐξ ἐπιδρομῆς παρέδοσαν, οὐ τῇ πείρᾳ τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν κανονίζοντες, τῇ δὲ τῆς αἰτίας κενοφωνίᾳ εἰς ὄγκων διαφορὰς ἕκαστον αὐτῶν ἀναφέροντες μετὰ τοῦ καὶ ἄλλα ἀντ' ἄλλων ἀναγράφειν.

Secuntur ex Nigri libro τεκμήρια οὐκ αὐτοψίας, ἀλλὰ τῆς ἐκ παρακουσμάτων ἱστορίας. Ἥμαρτον δὲ καὶ περὶ τὴν τάξιν· οἳ μὲν ἀσυμφύλους δυνάμεις συγκρούσαντες, οἳ δὲ κατὰ στοιχεῖα ἀναγράψαντες διέζευξαν τῆς ὁμογενείας τά τε γένη καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, ὡς διὰ τοῦτο εὐμνημόνευτα [2]) γίνεσθαι.

Ipsum autem Galenum cum in libro VI περὶ κράσεως etc. τῶν ἁπλῶν φαρμάκων τὴν τάξιν αὐτῶν τῆς γραφῆς κατὰ στοιχεῖον faciat, nonne credideris imitatum pharmacologorum exemplum? Idem cadit in codicem, quo Dioscoridis περὶ ὕλης ἰατρικῆς βιβλία ἑ servantur, Neapolitanum [3]) tractatusque multos Dioscorideos pseudepigraphos [4]).

1) cf. ed. Kuehn-Sprengel I, 2.

2) cf. Athen. VII, 277 c.

3) cf. Kuehn-Sprengel I, p. XVIII.

4) Qualem ex. gr. memoratum inveni apud Schererum: Verzeichnis der Ms. u. Inkun. der Vadian. Bibl. 318, latine ed. a C. Wolphio Turici 1581 8°. Nec obliviscar Antonii Verderi, quem in bibliotheca Constan-

Librum vel potius libros περὶ βοτανῶν κατὰ στοιχεῖον — qnod fortasse restituendum esse apud Suidam ante verba κ. στ. supra adnotavi — ab opere περὶ γλωσσῶν procul cum malimus habere, ita saltem ut inde de huius forma glossarumque ordine coniecturam facere nolimus, unde tandem Pamphileis illis nonaginta quinque libris lux affulgebit? — Sospitator eius vel potius miserarum pro toto laciniarum exstitit Athenaeus, quod summum eius dixerim de litteris Graecis meritum. Quod inde a Rankio multis erat persuasum, suspicatus erat Valckenaer[1]), fervidioribus quam opus erat verbis M. Schmidt contendit[2]), refutavit adhuc nemo, id haud nescio, quantopere adhuc egeat non solum in singulis diligentiore examine sed etiam in universum ratione certa.

Caput IV.

De Pamphilei operis ordine ex Athenaeo cognoscendo.

Iam me eo delatum sentio, ubi totius disputationis quasi cardo vertitur: Pamphilus ex Athenaeo est restituendus; videndum, quae „deipnosophistarum“ partes ex eo sint desumptae, qua ratione apud ipsum fuerint ordinatae, quo pacto eis Athenaeus sit usus. Quam quaestionem a me hoc loco nondum ad finem perduci posse, ut non solum fragmenta Pamphilea omnia ex Athenaeo secernantur, sed etiam ab Athenaei additamentis ipsa liberentur, hoc pro rei et ambitu et difficultate ut tironem me pudet minus quam dolet confiteri. Tamen cum spes sit me nonnulla in Athenaeo perlustrando recte observasse, in universum indicabo rationem et viam, quibus hanc quaestio-

tinopolitana descripta Lugduni 1585 inter libros Michaelis Cantacuzeni ἰατροσόφιον Ἀνδρέου Θαυμαστοῦ περὶ ὕλης ἰατρικῆς referre ex Lambecii l. l. p. 451 novi: ipsum Verderi librum bibl. Bonnensis mihi non suppeditavit.

1) Excurs. ad Theocriti Adoniaz. 293.

2) Quaest. Hesych. LX: „ne hisceret quidem opinor Athenaeus qui totus a Pamphilo pendet“.

nem solvendam existimem. Oportebit igitur primum eas Athenaei partes indicari et circumscribi, de quibus dubitari nequit, quin lexicographo alicui debeantur, h. e. in quibus λέξεις et γλῶσσαι multae in unum congestae exstant praeter eas partes, quae ad lyricas musicas scaenicas res spectant, de quibus Ervini Rohdii et Caroli Bappii opera constat aliam esse quaestionem[1]). Itaque quibuscum mihi rem puto esse Athenaei capita haec fere sunt:

Libri primi: 47[2]). 48[3]). 55[4])—61[5]) de vinis.

Libri secundi: 1[6]). 6—11 pergitur de vinis[7]) vel potius de potionibus.

1) Libros dico Rohdii: „de Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus“. Lipsiae 1870; Bappii: „de fontibus quibus Athenaeus in rebus musicis lyricisque enarrandis usus sit“. Lipsiae 1885 [inest in stud. Lips. vol. VIII]. Distinguendum didicimus in his Athenaei partibus inter Aristoclea Didymea Tryphoniana et ea quae Iubae debentur, quibus Bapp quaestionem de Aelio Dionysio adiecit, per quem Aristoclea Didymea et Iubae θεατρικὴ ἱστορία Athenaeo innotuerint. Non hoc loco possum haec diiudicare; in quibusdam Athenaei locis, quorum unum postea indicabo, mihi persuasi Iubam ipsum fontem esse. Quod vero statuere solent viri docti Iubam a Didymo esse adhibitum, vereor ne Iuba minus fuerit is, qui a doctis compilaretur, quam qui ipse compilaret, collatis quae de „archaeologia Romana“ docuit Kiessling in Mus. Rh. XXIII, 672 sq.

2) In hoc cap. epitomatoris neglegentia medici veteris testimonium videtur excidisse.

3) Galenus certe ut solet apud Athen. medici veteris auctoritate nisus erat.

4) Quamquam in 51—54 quoque sunt, quae ab Athen. abiudicem, velut 29 f Phaniae testimonium et fin. 54. Sed in quaestione per se difficillima epitome insuper obest.

5) Sophoclis versus, a quibus cap. 60 incipit, verbaque de Iolao et versum in fine capitis additum ab onomastico si placet adhibito procul habendos esse quivis videt. Omitto talia monere in eis quae secuntur. Ethopoeiae sunt ab Athenaeo adhibitae, quas nobis non invidit epitomator, miserae reliquiae.

6) 2—4 florilegii naturam prae se ferunt quasi ex capite aliquo περὶ οἴνου χρήσεως desumpta.

7) cf. in. 13 τοσαῦτα οἰνολογήσαντος, λαφύσσοντος οἴνων ὀνόματα.

13—19. 20 fin. 23 fin.—26 de aquis.
27. 28. glossae quae ad edendum pertinent velut ἄνηστις, ὀξύπεινος, μονοσιτῶν, νωγαλεύματα, ἀπόσιτος, ἀναρίστητος, ἀναγκόσιτος, ἀριστόδειπνος.
29. 30. 32. glossae quae ad cenae apparatum pertinent velut ὀνομακλήτωρ, τρίκλινοι, τετράκλινοι, ἑπτάκλινοι κτλ. οἶκοι, στρώματα, στρουθωτὰ ἑλίγματα, λῖτα, ῥήγεα, τράπεζαι, τρίποδες.
33—37. 38[1])—43. de arborum fructibus velut δαμασκηνά, κεράσια, χαμαικέρασος, συκάμινα, κάρυα, ἀμυγδάλαι, Ποντικὰ κάρυα.
44—46. de leguminibus ἐρέβινθοι, θέρμοι, φάσηλοι.
47—67. de oleribus interpositis 49 de conis, 50 de ovis, 51 in universum de προπόμασι, 63 de cochleis.
68—71. de avibus; sunt κίχλαι, συκαλίδες, σπίνοι, κόψιχοι, ψᾶρες, στρουθάρια.
72. ἐγκέφαλος χοιρεῖος.
73[2])—77. de condimentis; sunt πέπερι, φυλλίς, σμύρνα, κύπειρον, ἔλαιον, γάρος, ὄξος sqq.
78—85. de oleribus; sunt πέπονες, θρίδακες, κινάραι, ἐγκέφαλος φοίνικος sqq.
Libri tertii 1. 2. 4. pergitur de oleribus; sunt κιβώρια, σικυὸς κτλ.
6—29[3]). de arborum fructibus; sunt σῦκα, μῆλα, φαύλια, Περσικὰ κτλ.
30—46. de conchyliis et animalibus testaceis.
47—51. 57. 58. de carnibus et escis variis; sunt κρέα ἐξ ὕδατος, ἀκροκώλια, μῆτραι κτλ.
64—67. de cancris; sunt κάραβοι, ἀστακοὶ κτλ.
68. 70. 71. de carnibus et escis variis: ταγηνιστὰ ἤπατα, ἐπίπλοιον κτλ.
73—83. de panibus.

1) Sed c. 39 = p. 52 e Plutarchus Chaeronensis et Herodianus Alexandrinus — uterque hoc uno loco — citantur, ut ad Athenei ipsius tempora deferremur, si statueremus hos in fonte fuisse.
2) Omnia haec ut προπόματα introducuntur. cf. cc. 51. 68 in. 73 in.
3) Sed numero excipiendum c. 25, cuius propria est condicio.

84—89. 91—93. de piscibus conditis.
94—99. de aquis ad potandum idoneis; sunt δηκόκτα, Ταύρειον ὕδωρ, ψυχρόν, χλιαρόν, μετάκερας, φρεατιαῖον κτλ.
100. 101. de escis variis; sunt λῖβον, χόνδρος, ῥόφημα, ἐδέσματα κτλ.
Libri quarti 10 et 11. ἀναστοματικὰ βρώματα velut ἁλμάδες, τέττιγες, γογγυλίδες κτλ.
47. φακῆ.
59. 67—72. vasa culinaria, condimenta, alia quae ad cenandum pertinent.
Libri sexti 13. 14. 16. 18. vasa culinaria.
[31]. 50—52. cum voce σῖτος composita.
80. cum voce κόλαξ et κόλος composita.
81. 83—85. 93. 101—103. servorum nomina.
Libri septimi 5. 6. 15—31. 42—52. 54—139. piscium[1]) nomina paucis exceptis litterarum ordinem secuta, sed non nisi primae cuiusque litterae habita ratione[2]).
Libri octavi 10. 12. [47—49]. 51—56. pergitur de piscibus.
59. κορώνη. 64. 68. de variis cenis agitur.
Libri noni 1—6. de variis escis.
8[3])—15 in. de oleribus; sunt γογγυλίδες, ῥάφυες, βουνιάδες, κράμβη, σεῦτλα, σταφυλῖνος κτλ.
15. 16. de avibus; sunt ὄρνεις, ὄρνιθες, ἀλεκτρυόνες κτλ.
17—19. [25]. 26. de carnibus; sunt δέλφακες, σῦς πεταλίδες, ὀπταλέον, ἔφθόν, περὶ ἡμιόπτου ἡμιέφθου καὶ ἀσφάκτου γεμιστοῦ χοίρου.
32. de avibus[4]): χῆνες.

1) qui VI, 224 quasi promissi sunt.
2) α: ἀλφηστής, ἀνθίας, ἀφύη, ἄχαρνος. sed β: βατίς, βάτραχος, βάτος, βῶξ, βεμβράς, βλέννος, βαίων, βούγλωσσος. κ: κίχλη, κόσσυφος, κάπρος, κρέμυς, κίθαρος, κόρδυλος, κάμμορος, καρχαρίας, κεστρεύς, [νήστεις], κορακῖνος, κυπρῖνος, κωβιός, κόκκυξ, κύων καρχαρίας.
3) cf. IX, 369 a: περὶ λαχάνων οὖν πρότερον ἐκθέμενός σοι καὶ περὶ τῶν ἄλλων μετὰ ταῦτα διηγήσομαι: secuntur olera.
4) cf. IX, 368 f: καὶ γὰρ ὀρνίθων πλῆθος ἦν ἀεὶ καὶ χηνῶν, ἔτι δὲ τῶν νεοσσῶν ὀρνίθων — καὶ χοίρων καὶ τῶν περισπουδάστων φασιανικῶν ὀρνίθων: quasi dispositio.

33—36. de escis variis in primis carnibus; sunt ἡμίκραιραι δελφάκων, κρεοκάκκαβος κτλ.
36 fin.—52. de avibus; sunt φασιανικοί, ἀτταγᾶς, πορφυρίων, ὠτίδες, σκῶπες, στρουθοὶ κτλ.
53—55. de carnibus; sunt παραστάται, πνικτὰ κρεάδια, γαλαθηνοὶ χοῖροι.
55 fin.—58. de avibus; ταώς.
59—66. de carnibus.
71. de leguminibus.
75—79. de supellectile ad manus lavandas pertinente.
Libri decimi 20. glossae quae ad cenandum pertinent.
21—30. 36. 37. 42. 43. 64—67. glossae quae ad potandum pertinent.
Libri undecimi 2—6. 11. 17—20. 22—76. 86—111. poculorum nomina[1]) κατὰ στοιχεῖον percensentur ne haec quidem pluribus quam semper prima, altera nonnumquam litteris respectis.
Libri quarti decimi 46—68. de bellariis.
69—75. de avibus variis escis interpositis.
76. 82—85. de bellariis cibisque delicatioribus.
Libri quinti decimi 2—7. de lusibus.
11. 12. 16—32. de coronis floribusque[2]).
33. 36—46. de unguentis.
57—61. de luminibus.

Quae hoc loco coegi examinanda accuratius, ubi pro tempore licebit, si apud Athenaeum perlustraris, multa omnibus communia videbis. Testimoniis ex poetis [oratoribus historicis philosophis] antiquis congestis ubique accedunt et grammaticorum de unaquaque voce adnotationes et medicorum coquorum physicorum rerum explicationes.

Περιεργοπένητας[3]) Diogeniani Hesychii secundum epistulam

1) Promissa erant X, 423 b.

2) Sed c. 26 p. 680 d Parthenius ὁ τοῦ Διονυσίου citatur; idem XI, 467 c. 501 a. 783 b discipulus ut videtur eius Dionysii, quem Suidas Neronis et Traiani temporibus tribuit.

3) Titulus operis nos non debet male habere; similiter posteri lexicis nscripserunt, velut „Thesaurum pauperum medicum“ condidit Petrus Hispa-

ad Eulogium fontem qui idem opus iudicant atque epitomam ex Pamphili opere ab eodem grammatico κ. στ. illam confectam Ranke Schmidt alii, cum non solum his capitibus, quae apposui, sed etiam musicis lyricisque cum Hesychio accurate comparatis miram invenirent glossarum et explicationum similitudinem, de re actum putarunt demonstratumque haec omnia Athenaeum debere Pamphilo. Itaque M. Schmidt Pamphilum ex Athenaei libris I—VI sibi restituere visus est glossis horum librorum secundum elementorum ordinem cum Hesychianis collatis[1]). Sed oblocuti sunt Rankio Welcker, Schmidtio Weber περιεργοπένητας non idem fuisse opus rati atque epitomam Pamphileam, quam opinionem Rohdium quoque et Bappium amplexos video. Magnam similitudinem intercedere inter Hesychii et Athenaei glossas ne illi quidem negarunt: sed aliunde eam repetiverunt: ex fontibus Pamphilo Diogenianoque communibus in primis Didymo. Ego Rankium Schmidtiumque secutus et ex Athenaeo cum Hesychio collato hanc quaestionem solvi posse ratus laborem suscepi Athenaei totius cum Hesychio conferendi. Quae Schmidt libris sex primis praestitit, omnibus meum in usum praestiti: sed vereor ne paucis tantum persuadeam; adeo in breve contractae coartatae decurtatae glossae sunt Hesychianae. Itaque quamquam mihi persuasum est Diogenianum, cum περιεργοπένητας condidit, aut ad Pamphilum ipsum, quoad potuit, aut ad Vestini epitomam recurrisse aut si epitomam suam iam confecerat, ea pro fundamento usum esse novi operis — hoc enim pro illius aetatis rationibus multo est veri similius paratis dapibus frui, quam laborem improbum, quo alii erant perfuncti, denuo sustinere — quamquam igitur vestigia operis Pamphilei per Hesychium plurima exstare credo[2]),

nus saec. XIII. cf. Scherer: Manuscr. von St. Gallen 127, 436. 76, 297 al. idem in l. „Incunab. von St. Gallen“ 353 sq.: „Dictionarius panperum omnibus verbi divini predicatoribus pernecessarius“ Argentorati 1516.

1) cf. quaest. Hes. LXXI sqq.

2) Nescio num huc sint referenda, quae s. v. ἐπινομίς et στῆμα apud Hesychium legimus: ἐπινομὶς ἐν τοῖς ναυτικοῖς λέγειαι et στῆμα ἐν ναυτικοῖς ὀνόμασιν ἀναγέγραπται, voce ναυτικά de certa Pamphilei operis parte intellecta.

tamen hanc rationem Pamphili ex Athenaeo restituendi nunc missam facio, aliam initurus ipsam quoque ex parte a Rankio et M. Schmidtio significatam.

Fragmenta Pamphilea, quae apposito auctoris nomine ab Athenaeo proferuntur, si tractaveris [1]), multos ab ipso Pamphilo adhibitos videbis auctores in primis glossographos; nimirum Apionem XIV 642 e, Apollodorum Cyrenensem XI 487 b, Aristophanem Byzantium III 77 a, [Artemidorum Pseudaristophaneum IX 387 d [2]), IV 171 b], [Clitarchum XI 475 d, II 69 d], Diodorum Aristophaneum XI 479 a, [487 c], XIV 642 e, Epaenetum IX 387 d, Heracleonem (falso legitur Heraclitum) XI 479 a, Iatroclem VII 326 e, Theodorum XV 677 b, [Timachidam III 82 d], [Didymum XI 487 c d], Hipponactem II 69 d, [Epicharmum XI 479 a].

Usus igitur est his auctoribus in opere suo [3]) condendo Pamphilus, nec potuit aliter tantam glossarum copiam congerere nisi qui in eadem opera antea desudarant omnibus excussis. Oritur iam suspicio, num fortasse, quoniam postremus lexicographus apud Athenaeum Pamphilus est, aliis quoque Athenaei locis quae glossographorum illorum auctoritate nituntur Pamphilo debeantur. Sed ne hic quidem subsistendum. XI 479 a per Pamphilum novimus Epicharmum a Diodoro in glossis videlicet Italicis allatum, nec potest Sophro ibidem non fuisse tractatus: Epicharmus autem et Sophro vel in unoquoque capitum a me prolatorum testes prodeunt sequiturque eos turba poetarum et oratorum et historicorum a Didymo tractatorum: Diodorum et Didymum Pamphilus adhibuit: nonne igitur probabile est Athenaeum in his epicorum lyricorum tragicorum comicorum testimoniis apponendis a Pamphilo pendere? Comicorum magna pars praesertim mediae novaeque comoediae videtur excipienda esse: sed Cratini Eupolidis Aristophanis Menandri testimonia nec non aliorum quoque apud Didymum in lexico comico potuit collecta invenire; multos ei alii potuerunt lexicographi velut Theo suppeditare; qui autem opsartyticas glossas collegit Artemidorus in Pamphilum procul dubio tantum non totus receptus, qui is et antiquae et mediae et novae comoediae poetas clarissimos potuit praeterire, qui parodos neglegere? Scimus praeterea Apionem Romanas voces, Diodorum et Apionem Italicas glossas, Aristophanem Byzantium Laconicas, eundem et Theodorum Atticas λέξεις, Artemidorum Doricam linguam collegisse et tractasse. Nonne igitur ubi in has glossas apud Athenaeum incurrimus, de illorum glossographorum testimoniis in Athenaeum per Pamphilum delatis cogitabimus? Addidit certe Athenaeus multorum scriptorum velut comoediae mediae et novae poetarum Hegemonis Matronis [1]) Lyncei Samii Hegesandri aliorum testimonia: tamen spero

1) Mira est condicio loci XI, 495 a: Πρόαρον . κρατὴρ ξύλινος, εἰς ὃν τὸν οἶνον κιρνᾶσιν οἱ Ἀττικοί . „Κοίλοις ἐν προάροις“ φησὶ Πάμφιλος. Mirum hoc testimonium in lexicographo, quo nil explicatur; praeterea mihi haec hexametri pars est: duo pedes et longa. Peccavit aliquid Athenaeus; aut pro poetae nomine a Pamphilo adhibiti fontis sui nomen dormitans transscripsit, aut excidit poetae nomen et testimonii pars. Certe de Pamphilo ὃς πάντα παρὰ τοὺς πότους ἔμμετρα ἔλεγε [cf. Athen. I, 4 d. Suid.], non cogitandum.

2) Quos uncis inclusi, ei non expressis quidem verbis ex Pamphilo fluxisse dicuntur, sed apponuntur ita — cum Pamphili nomine vocula καί coniuncti — ut qui peritus est lexicographorum antiquorum moris, eum non fugere possit, quid rei sit.

3) Quod oblitus sum adhuc, hic dictum esto: mihi non dubium esse, quin quod apud Suidam περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων audit Pamphili opus idem sit cum eo, quod apud Athenaeum modo περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων [XIV, 650 e], modo περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν [IX, 387 d], quem ego proprium iudico titulum, modo περὶ ὀνομάτων [III, 89 d et passim] modo γλῶσσαι [II, 53 b et passim] nominatur.

1) Archestratum dubito num adiciam; uno certe loco in eius testimonio apponendo aliquid turbatum est: VII, 294 e. Sermo est de pisce, qui Graecis γαλεός audit: Ἀρχέστρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας βίον [cf. VIII, 335 e], περὶ τοῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεοῦ λέγων τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τῷ παρὰ Ῥωμαίοις μετ' αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ, ἐστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτόν, καλούμενόν τε ἀκκιπήσιον [ἀκκιπένσερα V]. ἀλλ' οὗτος μὲν μικρὸς καὶ μακρορυγχότερός ἐστι καὶ τῷ σχήματι τρίγωνος ἐκείνων μᾶλλον · τούτων δ'ὁ εὐτελέστατος καὶ μικρότατος οὐχ ἧττον Ἀττικῶν χιλίων πιπράσκεται. Ἀπίων δ'ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς τὸν ἔλοπα κτλ. cf. Archestrati fragm. recogn. W. Ribbeck Berol. 1877 p. 9, fragm. 13 et 14. — Primum moneo, si apud Arch. de aquipensere sermo erat, falsos esse codd. in nomine ἀκκι-

me aliquando demonstraturum in omnibus, quae supra attuli, capitibus Athenaeum Pamphili auctoritatem, si summam spectas

πήσιον scripto; hoc enim cum metro pugnat: scribendum saltem ἀκιπήσιον [ex lat. „acipenser“]. Sed ego omnino nego apud Arch. nominis Romani mentionem fuisse duabus de causis: primum aetas Archestrati obloquitur. Clearchus Solensis, Lynceus Samius, Dionysius Sinopensis comicus — praeterea in primis Chrysippus Lycophro Callimachus — Arch. commemorant. [Lynceus et Clearchus I, 4 d—f. Cl. VII, 285 c. VIII, 337 b. X, 457 c—e. Ly. VII, 285 e. VII, 295 a. VII, 313 f—314 a. Dionysius IX, 405 b.] Vocatur Ἐπικούρῳ τῷ σοφῷ τῆς ἡδονῆς καθηγεμών III, 101 f; a Chrysippo III, 104 a b. VII, 298 e f. VIII, 335 b—e. Lynceus Samius Theophrasti discipulus erat, Duridis Samii historici frater [Athen. VIII, 337 d], Menandri et Posidippi aequalis [cf. Suid. II, 466. Athen. XIV, 652 c]: floruit igitur intra annos 310—260; ad quos annos eo quoque ducimur, quod de Menandro scripsit, de Ptolemaei I Lamiae Antigoni regis conviviis, ad Diagoram, ad Hippolochum, similia. Clearchus Solensis Aristotelis erat discipulus; scripserit igitur intra annos 330—280. Dionysius Sinopensis comicus Nicostrati, Aristophanis filii [cf. Ἀριστοφάνους βίος. Suidas Philetaerum tertium filium praebet], aequalis fere [Athen. XIV, 615 f], mediae fuit comoediae poeta; quem, cum ματτύην [Athen. XIV, 664 d] nominet Macedonum demum aetate Athenis vulgatam [Athen. XIV, 662 f], intra annos 380—330 ponere debemus. Epicurus primam scholam condidit circa annum 310. — His omnibus consideratis consensum virorum doctorum me spero laturum, si circa annos 350—330 [certe non postea] Archestrati poema compositum esse colligo. Ribbeckium quoque video in Mus. Rhen. XI, 200 sqq. Archestratum ol. 110 = ca. 340 a. C. tribuere. Quocum egregie convenit, quod apud Arch. [Athen. IV, 163 d e. Ribb. fr. 28] de Diodoro Aspendio Pythagoreo [et Cynico] sermo est. Aetas eius in mediam comoediam incidit: refero ad eius sectam nec non etiam personam non solum Aristophontis fragm. Athen. IV, 161 f [ἐν Πυθαγοριστῇ], sed Antiphanis quoque et Alexidis fragm. c. 52. [Sic primus Zeller Phil. der Griechen III 2, 79 sqq. et antea „über den Zusammenhang des Essaeismus mit dem Griechentum“ in Theol. Jahrb. XV, 407. Qui non recte me iudice Diodorum initio tertii saec. (vel annis circa 300) tribuit. Cur enim antiquorum testium consensui obloquamur, qui ad eum primum doctrinae Pythagoreorum cum Cynicorum vivendi ratione conexum deferunt? Sin vero comici illi Diodorum et eius asseclas derident, non possumus non cum Bentleio facere, qui in respons. ad C. Boyle p. 48 eum „etiam olymp. CXIV“ (ob Stratonicum) degisse statuit]. Vixit fortasse usque ad Alexandri tempora: quippe in quem scripserit Stratonicus, qui aulam regiam

disputationis, potissimam sequi, de suo autem pauca intermiscere. Hoc loco viam mihi praemuniturus cum nonnulla afferam, quibus

Ptolemaei I vidit. [cf. Athen. IV, 163 e f cum VIII, 350 c. Clearchus de eo scripsit.] Diodorum clarum fuisse iudicem intra annos 370—320. — Veri simillimum certe est ex his omnibus Archestratum ante annum 335 scripsisse. [De Platonis in Phaone quibus Philoxeni Leucadii καινή τις ὀψαρτυσία perstringatur versibus hexametris (Athen. I, 5 b—d), quibus cum Archestrateis maior in nonnullis est similitudo, quam ut casu possit orta esse (cf. VII, 286 d v. 3 πόντου τέκνα cum I, 5 c v. 11. — VII, 305 e v. 3 cum I, 5 d v. 2. — VII, 328 b c v. 4 cum I, 5 d v. 3. — III, 116 f v. 3 cum I, 5 d v. 6 al.) non facio cum Meinekio et Bergkio (cf. et „de rel. com. att. ant.“ Lipsiae 1838 p. 211 sq. et „poet. lyr. Graec.“ ed. IV. Lps. 1882 III, 617): subfuisse debet poema gastronomicum a Platone paucis mutatis, ut tamen agnosci posset, derisum, versibus certe hexametris compositum (nam Platonem nil nisi citasse quis credet lectis I, 5 d vv. 5—7?); si autem Arch. multo iunior fuit Platone, statuendum est eius poema non propriis stetisse talis, quippe cui etiam cum parodia antiquioris gastronomiae in tam multis conveniat: in furti igitur suspicionem incideret poeta sui generis sane non ultimus. Ipsum vero Arch. risum a Platone quis credet? „Philoxenum“ quidem ego non moror, utpote Leucadium in fabula Sapphus et Phaonis memoriae infesta. Sed tempora obstant; nec minus de Periclis filiorum Xanthippi et Parali socio cogitantibus. cf. Athen. V, 220 d.] — Veri simillimum igitur esse evicimus Archestratum ante a. 335 scripsisse. Num potuit in poemate hoc tempore Athenis inclarescente consuetudinis alicuius, quae apud Romanorum cenas obtinuit, mentio fieri, apud Romanos qui, si Arch. poema quam novissimum putas, octo vix annis ante cum Samnitibus bellum gerere coeperant? Nego equidem, quamquam scio Archestratum [Gelensem aut] Syracusanum nominari; quem tamen puto Athenis degisse. — Sed fuerit iam circa annos 355—335 tanta Romanorum apud Graecos fama, ut notarint, quos pisces illi quo modo nominarint et quibuscum in cenas protulerint honoribus [cf. Macrob. Sat. III, 16, 1 sqq. fragm. ex Plauti Bacaria. ed. Winter p. 26 sq. Plin. n. h. IX, 17, 27. Festus s. v. aquipenser. Ovid. halieut. 132]: alia accedit causa, cur accipenserem ab Arch. abiudicem: 295 a ipsum Archestrati de galeo testim. sequitur, quod ut integrum videtur esse, ita prorsus nullam Romanorum habet rationem. [Addo quod numquam Arch. in piscibus enumerandis de moribus apud gentes obtinentibus loquitur: hoc procul ab eius consilio.] Erratum igitur in c. 44 ab ipso Athenaeo: Arch. nomen 294 e pro alio illatum. Similes errores XIV, 639 d de Phylarcho. III, 116 a—c iam ante Athenaeum peccatum, II, 36 a in „Mnesithei“ versibus ab epitomatore. cf. XI, 495 a.

fiat veri simile communem esse horum capitum originem, tum conabor probare etiam maiorem esse auctorum a Pamphilo adhibitorum numerum, quam opinati sunt viri docti.

Ac primum quidem constans in hisce capitibus fert consuetudo, ut si cibi vel poculi vel alius rei nomen invenitur nominis proprii in homine aut oppido aliquo vice fungens, etiamsi nulla intercedat inter nomina familiaritas vel saltem non indicetur, diligentissime adnotetur auctoribus additis saepe perraris. Omnia quae notavi, exhibebo.

II 71 c. De cinara sermo est; in fine c. 84 additur: οἶδα δὲ καὶ Κίναρον καλουμένην νῆσον, ἧς μνημονεύει Σῆμος.

III 72 b. κιβώρια. κολοκάσια. ἔστι δ' ἐν Σικυῶνι Κολοκασίας Ἀθηνᾶς ἱερόν.

95 d. ῥύγχος. καὶ τόπος δέ τις . . . Ῥύγχος . . . ὥς φησι Πολύβιος.

105 d. καρίδες. . . . πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χῖον . . . Ἔφορος. Apud Steph. Byz. Cos et Phrygiae urbs sic dictae.

108 f. Ad panes enumerandos transitur. Ἔτι τοῦ Οὐλπιανοῦ τοιαῦτά τινα παίζοντος ὁ Κύνουλκος ἀνέκραγεν· Ἄρτου δεῖ, καὶ οὐ τοῦ Μεσσαπίων βασιλέως λέγω τῶν ἐν Ἰαπυγίᾳ, περὶ οὗ καὶ σύγγραμμά ἐστι Πολέμωνι . μνημονεύει δ'αὐτοῦ καὶ Θουκυδίδης ἐν ἕβδόμῃ καὶ Δημήτριος ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελίᾳ διὰ τούτων· secuntur versus. οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν, ἀλλὰ τῶν εὑρημένων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς κτλ. cf. Suid. s. v. Ἄρτος. Hes. s. v. Ἄρτας et Αρτος. Preller Polemonis fragm. p. 144 sq.

IV 158 c. φακῆ. . . . Ὀδυσσέως ἀδελφὴ Φακῆ . . . ὡς ἱστορεῖν Μνασέαν τὸν Πατρέα ἐν γ' Εὐρωπιακῶν φησι Λυσίμαχος ἐν τρίτῳ Νόστων.

VII 296 a. γλαῦκος. . . . δαίμων θαλάσσιος. Auctores sunt Theolytus Methymnaeus ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσιν, Promathidas Heracleota ἐν ἡμιάμβοις, Mnaseas l. l., Euanthes in hymno in Glaucum, Aristoteles ἐν τῇ Δηλίων πολιτείᾳ, Possis Magnes ἐν γ' Ἀμαζονίδος, Nicanor Cyrenaeus ἐν Μετονομασίαις, Alexander Aetolus ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἁλιεῖ, Aeschrio Samius in iambis, Nicander ἐν γ' Εὐρωπίας, ἐν ά Αἰτωλικῶν, Hedylus Samius aut Atheniensis, Hedyle ἐν τῇ ἐπιγρ. Σκύλλῃ. Postquam docui quid rei sit, cetera brevius:

321 f — 322 a. σάλπη. Σάλπης et Σάλπη.

325 cd. τρίγλα. Τρίγλα. cf. Hes. Τρίγλα· ἰχθὺς θαλάσσιος. καὶ τόπος τις.

VIII 335 a. ἰχθύες. cf. VIII 346 e. Ἰχθύας[1]) et Ἰχθύων.

IX 401 d. σύαγρος. Σύαγρος. cf. Herod. VII 153 al.

X 424 c. κύαθος. Κύαθος.

XI 461 e. κύλιξ. Κυλικρᾶνες. cf. Hes. s. v. Κυλικράνων.

462 b. κύλιξ. Κύλικες.

783 f. 784 a. ἀρύβαλλος. ἄρυστις. Ἄρυστις.

XIV 644 a. πλακοῦς. Πλακοῦς. cf. Hes. s. v. ὑπὸ Πλακῷ.

Consulto omisi II 49 d: Δαμασκηνά. 51 a: Κερασοῦς. III 78 b: Συκέα. 104 d: Κάραβος. VII 327 b: Ὕκκαρον. IX 406 e: Φακῆ. XV 690 e: Πλαγγόνιον. Μεγάλλιον. XIV 650 b c: Ἀπία,' ubi alterum nomen ex altero pendere nimis manifestum est et significatur ab ipso auctore.

Alia est consuetudo, ut cuius quaeque res εὕρημα sit narretur: cf. ex. gr. I 34 a: ἡ ἄμπελος ἐν Ὀλυμπίᾳ. II 55 b: ἐρέβινθοι Ποσειδῶνος εὕρεμα. III 78 b c: σῦκα Γῆς, Διονύσου. 82 d: μῆλα Διονύσου. 109 a: ἄρτοι Δήμητρος. 111 b: ὀβελίας ἄρτος Διονύσου. XV 692 d: στέφανος Ἰανοῦ. 700 f: λύχνος οὐ παλαιὸν εὕρημα κτλ.

Proverbia adnectuntur capitibus lexicographicis haec fere:

II 37 e f: οἶνος. 64 b: βολβός. III 73 d: σικυός. 80 e: σῦκον. 116 d e et 119 e: τάριχος. [IV 160 c: φακῆ. Clearchus]. VI 266 f: Χῖος δεσπότην. VII 281 f: ἁλφησταί. 307 c: κεστρεύς. 319 c: πέρκη. VIII 347 f. 348 a: μέγας ἰχθύς. [380 f: ὁ αὐλητὴς πληγάς]. X 426 d: πέντε πίνειν. 427 f: οἶνος. [XII 523 c. 525 e. 526 d]. [XIV 624 b]. 641 a: ἐπιφόρημα.

Nec fortasse inutile deminutivis, quae non contempsit, addendis finem facere: II 57 e: ῥάρια. 59 c: κολοκύντιον. III 73 e: σικύδιον. 107 f: ἡπάτιον. 119 c d: ταρίχιον. IV 160 d: κογχίον. IX 373 a c: ὀρνίθιον. 385 d e: ὀψάριον. 392 e: ὀρτύγιον. XIV 650 e: ῥοίδιον.

1) cf. Theogn. can. 42, 28. Laert. Diog. II, 10. 11.

Caput V.

De medicis scriptoribusque opsartyticorum et similium librorum, quos memorat Athenaeus.

Iam ad certum scriptorum genus, quod in illis capitibus adhibitum invenimus, accuratius examinandum transeamus: medicos dico et opsartyticorum similiumque velut de oleribus coronis unguentis al. librorum auctores, quos coniunctos tractandos esse facile intelleget, qui meminerit, quot medici antiqui opsartyticorum et conviviorum fuerint auctores[1]). Quos scriptores vulgata ni fallor opinio est omnes ab Athenaeo ipso esse excerptos. Vulgatam dixi non tam, quia per eos libros, qui his temporibus de medicinae artis apud antiquos historia conscripti exstant, obtinet — quos hac in quaestione minus curo — sed etiam critici in ea ad hunc diem videntur permansisse, cum nec noverim, qui se aliter sentire dixerit causasque exposuerit, et Knaack nuperrime[2]) scripserit Dioclem Carystium ab Athenaeo esse adhibitum. Mihi gravissimae sunt obortae dubitationes, num re vera ipsius Athenaei curiositati debeantur. Exstant in his permulti scriptores quinti et quarti a. C. n. saeculi: num cui ceteros fere omnes huius aetatis auctores poetas historicos oratores philosophos se legisse simulanti non credimus, solos medicos quasi ipsius provinciam relinquamus? Tum demum veri simile erit medicos ab Athenaeo esse inspectos, ubi quis docuerit et Athenaeum historiae medicorum artisque medicinae studio arsisse, nec fuisse librum, quo testimonia de singulis cibis potionibus similibus diaeteticorum simili diligentia congesta invenire potuerit ac de singulis glossis et ὀνόμασιν glossographorum grammaticorumque commenta

1) ex. gr. Diocles Carystius Athen. XII, 516 c. Heraclides Tarentinus II, 64 a e et passim. Philotimus VII, 308 f. Epaenetus II, 58 b. XII, 516 c et passim. Erasistratus VII, 324 a et XII, 516 c. Qui de unguentis et coronis libros composuerunt Aelius Asclepiades XV, 676 f [679 b] Apollodorus 675 e f Apollonius 688 c Philonides 675 a 676 c Metrodorus XII, 552 c omnes videntur medici fuisse.

2) in Hermae vol. XVIII p. 148.

poetarumque auctoritates. Sed Athenaeus nil nisi grammaticum et historicum agit; quod non tam „deipnosophistarum“ natura nisus contendo, sed memini eum gloriari se octingentas mediae comoediae fabulas perlegisse et excerpsisse[1]), memini eum confiteri se περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων[2]) et περὶ τῶν παρ' Ἀρχίππῳ θρᾳττῶν[3]) libros condidisse, unde qui collecturus est Athenaeum animalium naturae curiosum fuisse, antea debebit docere Dorotheum Ascalonitam ob librum περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης[4]) cocum vel Hephaestionem ob librum περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου[5]) medicum vel Calliam Mytilenaeum ob librum περὶ

1) cf. VIII, 336 d. Quamquam minus ad rem, tamen dicam ὡ litteram [pro numero 800] frequentem videri ad magnum summatim numerum exprimendum. Non urgeo, quod Callimachus apud Suidam „supra octingentos libros“ composuisse dicitur, Aristarchus ὑπὲρ ὡ βιβλία ὑπομνημάτων μόνον scripsisse, Ateius Philologus altera ad Laelium Hermam epistula [cf. Sueton. gramm. 10] se hylen suam, quam omnis generis coegerit, octingentos in libros divisisse scribit: his locis, nisi ὑπέρ illud esset, accuratum numerum esse crederemus; sed Aristoteles ab Alexandro 800 talenta accepisse fertur εἰς τὴν περὶ τῶν ζῴων ἱστορίαν [Athen. IX, 398 e], magisque etiam in Athenaeo [de ὡ fabulis com. med.] dubium, num numero illi, ut assolent hucusque, fides sit habenda. Nominantur ab eo mediae com. 480 fabulae nec novimus praeter comicorum catalogos in lapidibus Atticis repertos huc referendos [cf. C. I. A. II 2, 977 et 972: sunt fere quinque] ullum med. com. poetam, quem non commemoret. Sed in illo numero 480 permultae sunt, quae semel citantur [ex. gr. ex Alexidis comoediis 115 semel nominantur dimidia pars] quasque probabilis est coniectura aliunde Athenaeo innotuisse, velut constat de Alexidis Ἀσωτοδιδασκάλῳ [cf. Athen. VIII, 336 e]. Certum igitur est, fontes si respicimus, numerum illum immane quantum minui: fient fortasse 300 vel pauciores. Vereor igitur, ne gloriose mentiatur Athenaeus, praesertim cum anonymus de comoedia haud sane contemnendus auctor sit [Mein. p. XXX. Westerm. 163] poetas med. com. fuisse νζ = 57 [apud Athen. 35 nominantur], fabulas non plus χιζ' = 617, quem ego numerum nefas duco ex Athenaeo corrigere [quod commisit Meineke: hist. cr. com. gr. 271: ωιζ' poscens].

2) V, 211 a.

3) VII, 329 c.

4) XIV, 662 f.

5) XV, 673 d e.

τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος[1]) physicum habendos esse, qui grammatici fuere omnes. Sed ut cum his rebus tum ea ratione qua medicos — in primis Galenum[2]) — inter deipnosophistas commemorat, medicinae operam navasse Athenaeum veri dissimillimum fit, ita scimus eum libris quibusdam usum, per quos, ni me omnia fallunt, de unoquoque cibo non modo poetarum historicorum aliorum testimonia sed etiam diaeteticorum apposita erant: Pamphili dico opus. Quam opinionem tribus licet argumentis probare. Ac primum quidem auctorum de diaeteticis rebus immensa series oriunda ab Hippocrate descendit non multum ultra primi a. C. n. saeculi finem; medicorum eorum, qui inde ab anno circiter 40 p. C. n. et primo et altero saeculo de diaetetica libros condiderunt clarissimi locupletissimos, nec vola exstat nec vestigium. Deinde medicinae artis Athenaeum studiosum fuisse cum nemo possit demonstrare nec sit veri simile, Pamphilum non solum medici affectasse gloriam librisque de medicina scribendis incubuisse ex Galeno constat — nec mirum, quod qui Dioscoridis de materia medica libros continet cod. Vindobonensis C inter Chirones Machaones Pamphili praebet imaginem[3]), — sed scimus etiam testimoniis certissimis eum tales scriptores, quales nunc dicimus, in glossarum opere adhibere non dedignatum esse: Epaenetum dico et Iatroclem, quorum illo iam Artemidorus in glossis opsartyticis usus erat. Tertium addiderim quo commendem meam sententiam, a natura operis περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων minime abhorrere, immo necessarium plane videri, ut non solum de vocibus et nominibus, sed de rebus ipsis fiamus certiores; aeque ac nos si encyclopaedias reales adimus, doceri volumus, quae cuique herbae insit vis, nec, ut intra fines antiquitatis me contineam, Pollux sprevit medicorum [velut Rufi] auctorum de cynegeticis aliorum, a quibus rhetorica aeque ac grammatica ratio procul erat, scrinia.

1) III, 85 e f.

2) I, 1 e [26 c].

3) cf P. Lambecii comment. de bibl. Vind. l. II c. 7. p. ed. I: 519. 542 sqq. ed. II: 141 sqq. Montefalc. palaeogr. graec. 195. Sprengel in praef. ad ed. Dioscoridis p. XVIII.

Sed ut fiat probabile hos auctores tantum non omnes per Pamphilum in Athenaeum pervenisse, illud primum mihi demonstrandum est, quicumque per Athenaei libros de rebus diaeteticis citantur, Pamphilo esse antiquiores; Pamphilo iuniores, qui inter ipsius et Athenaei aetatem — spatium ad minimum 150 annorum — intercedant, fuisse quidem multos, qui de iisdem rebus libros amplos condiderint, quique et dignissimi fuerint qui adhiberentur et commodissimi, sed plane omnium scripta ignorari ab Athenaeo.

Non mirabere, quod sunt, de quorum aetate non satis constet: tres obstant difficultates; primum multos invenies, qui non nisi apud unum Athenaeum commemorantur[1]); deinde magna saepe obstat homonymorum copia[2]); denique quis nescit, quam miserae supersint non solum Alexandrinorum medicorum, sed etiam eorum, qui inde ab Hippocrate antecesserunt eis statimque deinde secuntur, reliquiae? Tamen de paucissimis iisque levidensibus non constat; multo maior pars certae aetati potest addici. — Opus est a certis ad incertos transire: incipiamus ab antiquissimis.

Ἱπποκράτης ὁ ἱερώτατος [IX 399 b] commemoratur sexies: τὸ περὶ διαίτης · ὃ τινὲς μὲν ἐπιγράφουσι περὶ ὀξέων νοσημάτων, οἳ δὲ περὶ πτισάνης, ἄλλοι δὲ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας II 45 e f[3]), ubi de vinis sententiam profert; II 46 b ex libro περὶ ὑδάτων[4]), antea titulo non indicato ex Epidemiorum libro II locus affertur[5]); II 46 c ex libro περὶ τόπων[6]), II 57 c ἐκ τοῦ περὶ πτισάνης, ὃ ἐκ τοῦ ἡμίσους μὲν νοθεύεται, ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ ὅλον

1) ex. gr. Euthydemum Atheniensem, Harpocrationem Mendesium, Agelochum, Acesiam alios.

2) ex. gr. in Heraclidis, Chrysippis, Apolloniis, Apollodoris, Asclepiadis.

3) cf. Foesii ed. Francofurt. anni 1624. 392, 21. Doleo quod Littréi editio mihi non ad manum est.

4) περὶ ὑγρῶν χρήσιος. Foes. 424: in ipso initio libri.

5) Foes. 1013 D = aphorism. l. V, 26. Foes. 1254. Epidemiorum liber II ab Hippocrate abiudicatur. cf. Haeser: Lehrbuch der Geschichte der Medicin, 125. 128. Post Hippocratem videtur scriptus esse.

6) περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων. Foes. 284, 23.

refertur κώνους nominari κοκκάλους[1]); IX 399 b omisso titulo ψυῶν μνημονεῦσαι dicitur. Quorum quidem locorum duos postremos ex glossariis Hippocraticis apponi potuisse concedo; sed maior pars, etiamsi epitoma obsit, eruditum sane Hippocratis lectorem sapit.

„Secundus aetate famaque exstitit“[2]), quem „Athenienses Hippocratem iuniorem vocarunt“[3]), Diocles Carystius[4]) clarus inter Hippocratis et Praxagorae tempora[5]). Tria eius opera apud Athenaeum citantur: primum longe gravissimum τὰ πρὸς Πλείσταρχον ὑγιεινά [VII 320 d al.] vel ὑγιεινά [III 86 b al.] vel τὰ πρὸς Πλείσταρχον [VII 324 f][6]), alterum ὀψαρτυτικά [XII 516 c], tertium περὶ θανασίμων φαρμάκων [XV 681 b]. Primi illius operis innumeris locis I, II, III, VII, IX librorum Athenaei mentio fit, et legimus sat multa apud alios velut Oribasium[7]), quae ad ὑγιεινά videntur referenda; alterius nisi idem cum primo et tertii libri praeter Athenaeum nemo quantum scio meminit.

Circa annum 340 floruit Praxagoras Cous[8]), Nicarchi filius, Philotimi Plistonici Herophili magister[9]). Apud Athenaeum II 41 a de aqua ad colluendum idonea, nisi epitomatoris quid

1) Foes. 401, 46. 402, 37.

2) cf. Plin. n. h. XXVI c. 2. § 6.

3) Theodorus Priscianus de phys. scientia IV, 315. cf. Galen. XVIII, A 7. XIV, 683.

4) cf. qui fragm. coll. Kuehn opusc. ac. II, 86—127. M. Fraenkel „Diocl. C. frag. quae supers.“ diss. Berol. 1840. Sprengel-Rosenbaum I, 463—470. Haeser 226.

5) Nam quod epistula eius ad Antigonum regem data fertur, nil valet contra consensum Galeni [II, 905] Celsi [praef. libri I, Dar. p. 2] Plinii [l. l.] aliorum; epistulam illam suppositiciam esse J. H. Schulze [hist. med. 337] vidit.

6) cf. Galen. π. τροφῶν δυν. I, 13. Kuehn VI, 511 sq.: Διοκλῆς μὲν οὖν οὕτως ἔγραψεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Πλείσταρχον ὑγιεινῶν.

7) coll. IV, 3. V, 4. 27. etc.

8) cf. Galen. II, 905. XIV, 683. Cels. l. l. Plin. l. l. Tzetzes Chil. VII, 969. Anthol. Pal. XVI, 273: Crinagorae epigramma.

9) Galen XVIII, 1, 7. Kuehn opusc. ac. II, 228—249. Sprengel 471. Haeser 227. — Herophilus discipulus eius fuit. cf. Galen VII, 584 sq.

commisit neglegentia, Homericum versum attulit; II 46 d de aquarum usu cum Diocle consentit, additque aquae pluviatilis laudem; nec minus I 32 d de vinis Dioclis secutus est sententiam; XV 687 f de pectore unguendo Philotimo discipulo praeivit; III 81 c de malis disputat. — Hoc loco mentio fiat Euenoris[1]), cuius fragmentum exstat Athen. II 46 d, ubi nomen eius post Hippocratis Dioclis Praxagorae testimonia comparet; nam cum et ex hoc loco et ex fragmento „de significatione diaeticarum passionum“ ex Caelii Aureliani libris responsionum servato[2]) appareat Euenorem[3]) inter Hippocratis et Praxagorae [vel eius discipuli Plistonici] tempora clarum fuisse, mihi non videtur dubium esse, quin eiusdem familiae Euenores nobis suppeditent, Euepii filios, medicos, Acarnanem alterum alterum Argivum, Atheniensium proxenos, tituli duo honorarii in Acropoli reperti, quorum ille ad annum Philoclis archontis [392 vel 322] referendus, hic incertus est[4]): nec videntur Eretriae urbis et Amphiarai in Oropo aquae[5]) inter se comparatae [Athen. II 46 d] non sapere hominem in Attica versatum. Praxagorae discipulos fuisse iam adnotavimus Plistonicum[6]), quem de aqua ad cibos concoquendos vino utiliore disputasse videmus [Athen. II 45 d] et Philotimum[7]), Erasistrati Herophili Eudemi aequalem[8]), qui minimum 13 libros περὶ τροφῆς [Athen. III 81 a b al.] et ὀψαρτυτικόν [Athen. VII 308 f]

1) cf. Fabric. bibl. Gr. XIII, 156. Haeser 334. 338.

2) a V. Roseo publici iuris facto: anecd. Graeca et Graecol. II, 206 sqq. et 226 sqq. [Fons fuisse videtur Sorani ὑγιεινόν.] „Mutatio etiam pulsus febriculae signum confert? secundum veteres non fert. Hippocrates enim et Euenor et Plistonicus solum fervorem naturalem moderationem excedentem signum febrium posuerunt“.

3) cf. Plin. n. h. XXI, § 180 [XX, 187. 191].

4) cf. Rangabé: Antiquités helléniques. 1855. II, 377 sq.

5) Sed hoc quoque loco vereor ne nobis nocuerit epitomatoris manus. cf. quae Erasistratus de iisdem aquis protulit II, 46 c. De Amphiar. fonte v. Paus. I, 34, 4. II, 37, 5. Xen. mem. III, 13, 3. Steph. Byz.

6) cf. Celsus l. l. Fabric. XIII, 374. Sprengel 476. Haeser 334.

7) cf. Sprengel 476. Haeser 229.

8) cf. Galen. XVIII, A 7. XVIII, B 629.

composuit. Alexidis comici aetate Mnesitheus [1]) floruit Atheniensis, cuius περὶ ἐδεστῶν [2]) libri permultis locis velut VIII 357 a et epistula περὶ κωθωνισμοῦ [XI 483 f] apud Athenaeum commemorantur [3]).

Paucis annis ante Philistio fuit Locrus [4]) vel ὁ ἐξ Ἰταλίας [5]), Eudoxi Cnidii magister, cui apud Athenaeum [III 115 d] de panibus auctoritas et [XII 516 c] ὀψαρτυτικόν tribuitur; magnam eius fuisse in diaeteticis famam eo quoque elucet, quod nonnulli eum auctorem putarunt libri περὶ διαίτης, qui Hippocratis nomine fertur [6]).

De uno Diphilo Siphnio apud Athenaeum ipsum [II 51 a], ubi de cerasis sermo, audimus, quando vixerit: fuit Lysimachi diadochi temporibus. Operis titulus fuit περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι; memoria eius addito vel omisso titulo omnium medicorum apud Athenaeum frequentissima.

Sed iam ad Alexandrinos transeundum. Erasistratus II 46 c de aquis sententiam dicit, VII 324 a et XII 516 c ad eius ὀψαρτυτικόν provocatur, XV 665 f—666 a ἐν τῇ περὶ τῶν καθ-

1) cf. Sprengel 478 sq. Haeser 228. — Galen. XIV, 683 post Erasistratum nominatur.

2) cf. Galen. VI, 645, ubi περὶ ἐδεσμάτων audiunt.

3) Num I, 22 e ex Chamaeleonte eius appositum est testimonium? — Ad I, 32 d, ubi de vinis sermo, cf. Varro: satur. Men. fr. 575 ed. Buecheler. Gell. XIII, 31, 14. G. Knaack in Hermae vol. XVIII p. 148 [„Menipp u. Varro“] me iudice iniuria ex Menippo Mnesithei testimonium apud Athen. fluxisse putat. — Athen. II, 36 Mnesitheo auctore 16 trimetri de vini potione afferuntur, quos Schweighaeuser Alexidis esse dixit, epitomam [haec Dindorfii quoque fuit sententia] turbatam esse; quae opinio, cum Mnesitheus in Alexidis comoediis commemoretur [Athen. X, 419 c], habet quo commendetur. Ultimos autem versus cf. cum eis, quae I 22 e ex Mnesitheo ipso afferuntur.

4) cf. Galen IV, 471. XV, 455. Gellius XVII, 11, 6. Fabric. XIII, 366. Sprengel 458 sq. Haeser 229.

5) cf. Rufi Eph. περὶ ὀνομασ. τῶν τοῦ ἀνθρ. μορ. 201. ed. Daremb. 162. Galen. X, 6.

6) cf. Galen XV, 455. XVIII, A 9.

όλου πραγματείᾳ comperimus eum τὸ ἀποκοτταβίζειν non admisisse [1]).

Andreas Carystius Herophileus, cuius περὶ δακετῶν VII 312 d et περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων VII 312 e libros apud Athenaeum adhibitos videmus, Eratosthenis fuit aequalis, qui βιβλιαίγισθον [2]) illum appellavit; idem Andreas secundum Polybium [V 81] medicus Ptolemaei Philopatoris videtur fuisse [3]).

Philinus Cous [4]) bis ab Athenaeo commemoratus [XV 681 b. 682 a] primum Herophili discipulus, dein sectae empiricae auctor [5]) fuisse a Galeno [6]) perhibetur, ita ut circa annum 280 videatur vixisse.

Glaucias, qui II 69 f — 70 a de oleribus sententiam dicit, idem fortasse ac Glaucidas, cuius de malis verba III 81 a allata 81 d redeunt, ni omnia fallunt, empiricus fuit, a Plinio de herbis boletis similibus saepe citatus [7]), interque primos sectae empiricae medicos habendus.

Praeterea apud Athenaeum [ex. gr. III 74 b] Heraclidis Tarentini [8]) „convivii“ mentio fit. Discipulus fuit Mantiae

1) cf. Sprengel 549. Haeser 243. 225. 253.

2) Etym. Magn. 198, 20: Βιβλιαίγισθος· Ἀνδρέας ὁ ἰατρὸς ἐπεκλήθη ὑπὸ Ἐρατοσθένους, ὅτι λάθρα αὐτοῦ τὰ βιβλία μετέγραψε. Hemsterh. poposcit Ἐρασιστράτου scil. ut medicum medicus insimulet; sed cognomen illud grammatici sapit fabricam, nec non mirum foret, si Erasistrati Herophileus potuisset expilare scrinia. — Ex re est monuisse Andream historiae medicinae operam navasse; scripsit περὶ τῆς ἰατρικῆς γενεαλογίας. cf. vita Hippocr. Soran. Westermann 449, 4 et 450, 17.

3) Num idem est Andro, qui Parthenio grammatico auctore XV, 680 e citatur? cf. Dioscor. περὶ ὕλης IV, 59 cum Plin. n. h. XX, 18. Fabric. XIII, 61. Sic Matro et Matreas parodi nomen apud Athenaeum variant.

4) cf. Sprengel 582. Haeser 245.

5) sec. Erotianum ed. Klein. 31, 13 Bacchii Tanagraei aequalis fuit. cf. Fabric. XIII, 365.

6) XIV, 683: τῆς δὲ ἐμπειρικῆς [scil. αἱρέσεως] προέστηκε Φιλῖνος Κῶος, ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀφορμὰς λαβὼν παρὰ Ἡροφίλου, οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο.

7) cf. Plin. n. h. XXII, 23, § 98. XXIV, 16, § 142 al. Celsus l.l. Erotian. ed. Kl. 32, 3. Hesych. s v. πέαρ. Fabr. XIII, 171. Sprengel 584. Haeser 245 sq.

8) cf. Fabr. XIII, 177. Kuehn opusc. ac. II, 150 sqq. Haeser 247. Sprengel: Beitr. zur Gesch. der Med. I, 2.

Herophilei[1]) ipse „empiricorum posterior atque omnium probabilior apud suos[2])“ inclaruerit igitur circa annum 230 a. C. n.

Aetatis multo posterioris[3]) Hicesius Erasistrateus eiusque amicus Menodorus fuerunt, quorum ille innumeris plane [VII potissimum libri] locis[4]), hic semel ab Athenaeo[5]) affertur. Hicesius igitur Smyrnae circa annum 60 a. C. inclaruit.

Difficilius dictu videtur, quando Apollonius ille Herophileus[6]) vixerit, cuius περὶ μύρων opus XV 688 e nominatur; fuerunt enim permulti huius nominis medici, quorum tres certe Herophilei: alius de quo Strabo [XIV 645, 34] καὶ καθ' ἡμᾶς Ἡρακλείδης, Ἡροφίλειος ἰατρός, συσχολαστὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Μυός[7]), quem aliunde quoque constat Herophileum fuisse; alius Apollonius ὁ Θήρ[8]); alius Apollonius Βιβλᾶς[9]), qui paucis annis post Herophili mortem videtur floruisse.

1) cf. Galen XIII, 462. 502.

2) cf. Cael. Aurel. de morb. acut. cap. XVII ad Heraclidem: „Empiricorum sufficit soli Heraclidi Tarentino respondere“. ed. Amman. p. 64.

3) cf. Strabo XII, 580: συνέστη δὲ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον Ἡροφιλείων ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλαλήθους, καθάπερ ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων ἐν Σμύρνῃ τὸ τῶν Ἐρασιστρατείων ὑπὸ Ἱκεσίου. Fabr. XIII, 335. Sprengel 563. Haeser 245.

4) Liber qui citatur est περὶ ὕλης. cf. III, 118 c al. III, 87 b.

5) II, 58 f. 59 a.

6) cf. Sprengel 547. 555. 584.

7) cf. Celsus l. V. praef. ubi de antiquis auctoribus: „Multaque etiam de facultatibus medicamentorum memoriae prodiderunt, qualia sunt vel Zenonis, vel Andreae, vel Apollonii qui Mys cognominatus est“. cf. l. VII praef. Galen. VIII, 744. Cael. Aur. acut. II, XIII, 110.

8) cf. Erotian. ed. Kl. 52, 18 ubi quattuor Apollonii: 13 ὁ πρεσβύτερος. 17 ὁ Μεμφίτης. 18 ὁ Θήρ. 53, 1 ὁ Κιτιεύς. Cael. Aur. acut. II, XXVIII. 139 Apollonius Herophileus inter Asclepiadem et Soranum citatur.

9) Distinguendum inter hunc et empiricum docet Galen. XVII, A 618: prior empiricus, posterior Biblas contra Zenonem scripserunt [fortasse igitur ille ὁ πρεσβύτερος apud Erot. s. v. ἄμβην] [cf. Cels. praef. VII]. Comparato loco Celsi in l. I. praef.: „Quem [scil. Serapionem] Apollonius et Glaucias et aliquanto post Heraclides Tarentinus et alii quoque non mediocres viri secuti, ex ipsa professione se ἐμπειρικούς appellaverunt“ nemo obloquetur si utrumque tertio aut secundo a. C. n. saeculo tribuimus.

Apollodorus medicus περὶ μύρων καὶ στεφάνων auctor[1]) dubium num „volumen“ illud ad Ptolemaeum scripserit, „quo [Plin. n. h. XIV 76] suasit Ptolemaeo regi, quae vina biberet, Italicis etiam tum ignotis“; duos enim Apollodoros medicos[2]) Citieum et Tarentinum Plinius commemorat, quorum alter fuit sane noster, cum in indice auctorum ll. XII et XIII Apollodorus compareat medicus, qui de odoribus scripsit.

Iam locus adeundus saepe memoratus, quo data opera ab Athenaeo recensentur, quicumque artes culinarias scripserint. XII 516 c legimus: „12. Πρῶτοι δὲ Λυδοὶ καὶ τὴν καρύκην ἐξεῦρον · περὶ ἧς τῆς σκευασίας οἱ τὰ Ὀψαρτυτικὰ συνθέντες εἰρήκασι, Γλαῦκός τε ὁ Λοκρὸς καὶ Μίθαικος καὶ Διονύσιος, Ἡρακλεῖδαί τε δύο γένος Συρακόσιοι, καὶ Ἄγις καὶ Ἐπαίνετος καὶ Διονύσιος, ἔτι δὲ Ἡγήσιππος καὶ Ἐρασίστρατος καὶ Εὐθύδημος καὶ Κρίτων · πρὸς τούτοις δὲ Στέφανος, Ἀρχύτας, Ἀκέστιος, Ἀκεσίας, Διοκλῆς, Φιλιστίων . τοσούτους γὰρ οἶδα γράψαντας Ὀψαρτυτικά. Cf. Pollux VI 70: Πολλὰ δ' ἂν εἴη τῶν περὶ τὴν ἡδυντικὴν σκευασίαν ἐξευρεῖν ἐκ τῶν ὀψοποικῶν συγγραμμάτων Παντολέοντος[3]) καὶ Μιθαίκου καὶ Ζωπυρίνου καὶ Σόφωνος καὶ Ἡγησίππου καὶ Παξάμου καὶ Ἐπαινέτου . συναριθμοῖτο δ' ἂν τούτοις Ἡρακλείδης τε ὁ Συρακούσιος καὶ Τυνδάριχος ὁ Σικυώνιος καὶ Σιμωνακτίδης ὁ Χῖος καὶ Γλαῦκος ὁ Λοκρός, ὀψοποιητικῆς πραγματείας σοφισταί. Vides communes utrique Μίθαικον, Ἡρακλείδην τὸν Συρακούσιον, Ἐπαίνετον, Ἡγήσιππον. Glaucus Locrus ter apud Athenaeum redit: VII 324 a de hyposphagmate post Erasistratum ante Archestratum sententiam dicit, IX 369 b vocem ῥάφυς ῥάπυς scribendam contendit medius inter Speusippum et Theophrastum, XIV 661 e cum Heraclide[4]) [scil. quod Mein. supplendum censuit Syracusano] artem culinariam dicit οὐχ ἁρμόττειν | ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι τῶν ἐλευθέρων,

1) Athen. XV, 675 e f. Idem fortasse qui π. θηρίων XV, 681 d. schol. Nic. Ther. 715. 781. 858.

2) cf. Plin. XX, 25, ubi inter Nicandrum et Praxagoram afferuntur.

3) leg. Πανταλ. cl. Athen. I, 20 b. XIV, 647 a.

4) Innumeris Athenaei locis eius ὀψαρτυτ. commemoratur; semel l. περὶ θεσμῶν XIV, 647 a.

quae verba inde ab ἀλλ' trimetrum iustum efficere iam Dindorfius adnotavit. Hinc ordior. — Num trimetris homines illi libros suos composuerunt? Adversa fronte pugnant cetera fragmenta. Num casui versus debetur? Examinemus totius loci condicionem. Inde a c. 77 de coquorum dignitate disseritur[1]): cocus adest, μύμα attulit; sed antea artem suam laudibus effert. Cadmum fuisse cocum secundum Euhemeri Coi[2]) ἱερὰν ἀναγραφήν. Deinde coquos omnes ingenuos fuisse, servos a Macedonibus primis introductos. Sequitur de Maesone et Tettige contra Chrysippum disputatio Aristophanis Byzantii maxime et Polemonis periegetae auctoritate nixa. C. 78 καὶ θυτικῆς peritos fuisse coquos antiquos ex Menandro, Simonide Amorgino, Olympiadis ad Alexandrum epistula demonstratur; quod c. 79 congestis Clidemi [sive Clitodemi] et Homeri testimoniis — interposita 660 c censorum Romanorum mentione — confirmatur. C. 80 post Clidemi ex Atthide de coquorum gente verba Athenionis[3]) comici, c. 81 Alexidis, tum post locum, quocum nobis res est, Cratini iunioris Antiphanis Menandri Posidippi Batonis fragmenta secuntur, quibus demonstretur, quam gloriosa fuerit apud Athenienses mediae novaeque comoediae aetate coquorum gens. Sunt in his non solum singula scripta vel comoediae sed etiam auctores, qui hoc uno apud Athenaeum loco comparent, velut Euhemerus, Posidippi [659 c] Σύντροφοι et [661 f] Ἀναβλέπων [ex Ἀποκλειομένῃ VII 301 b glossa una affertur], Aristophanis Byzantii de personis opus, [ad Menandri Ἐπιτρέποντας ob quaestionem grammaticam III 119 e f provocatur], Olympiadis epistula, Clidemi Πρωτογονίαι, [eiusdem auctoris Ἀτθίς VI. 235 a. in disputatione de parasito commemoratur], Athenio comicus, Alexidis Λεβήτιον[4]), Cratini iunioris Gigantes, Menandri Phasma, Batonis Euergetae.

1) persimili ratione atque VI, 26—45 de parasitis et postea de adulatoribus.

2) qui apud alios audit Tegeata Siculus Messenius Agrigentinus.

3) Immerito puto hunc Mueller [fragm. hist. graec. III.] eundem iudicavit cum praeceptore Leontei Argivi [Athen. VIII, 343 e].

4) Meineke hoc fragm. Λέβητι addicit III, 440; de qua re infra.

Quae cum ita sint et cohaereant inter se cc. 77—81, quae a ceteris cibo mymate in initio a coquo promisso in fine descripto separantur, suspicio gravis, quam ultro movit disputationis doctissimae ratio, corroborata est haec capita „ex commentatione de coquis vel ex opere culinario[1])“ ab Athenaeo transcripta esse. Sed ultra progredi licet: grande enim Athenionis fragmentum, poetae mediae vel novae comediae, quem unus uno hoc loco commemorat Athenaeus[2]), Iubae debetur: Ἀθηνίων ἐν Σαμόθρᾳξιν, ὥς φησιν Ἰόβας [660 e]. Egit igitur in θεατρικῇ ἱστορίᾳ Iuba de comoediae Atticae coquis, nec puto oblocuturum quemquam, si suspicor plura hoc loco ex eodem scriptore abstulisse Athenaeum; velut 660 c censorum commemoratio hominem Romae versatum sapit. Utrum omnia, quae ab in. c. 77 usque ad fin. c. 81 leguntur, Iubae sint an alius auctoris vel ipsius Athenaei verba intermixta, — quamquam me iudice veri est simillimum, qui Athenionem apposuit, eum ne Alexidis Cratini Antiphanis Menandri Batonis quidem de eadem re testimonia voluisse praeterire — hoc nunc non magis curo, quam eam quaestionem, utrum Iuba totam disputationem proprio Marte absolverit, ita ut Aristophanis Chrysippi Clidemi ipse conquireret testimonia, an usus sit eorum libris, qui ante eum de his similibusque rebus data opera tractarunt velut Herodici κωμῳδούμενα. Velim iam adeas mecum c. 81 in.: Alexis quoque ἐν Λεβητίῳ docet artem culinariam ingenuorum esse, πολίτης γάρ τις οὐκ ἀπινὴς ἐν αὐτῷ δείκνυται ὁ μάγειρος. Pro versibus Alexideis periphrasim legimus sive ab Iuba sive ab Athenaeo sive ab alio confectam: sane poetica sunt verba. πίνος est sordes et ἀπινής cum per se patet tum Suidae [s. v.] et Theognosti [Can. p. 44, 18] testimoniis evincitur idem esse quod καθαρός, sordium purus, ἀμόλυντος[3]):

1) Ita Bapp iudicavit l. l. 156. cf. Rohde l. l. 5.

2) cf. Meineke: hist. crit. com. Gr. 489.

3) Non enim — puto — qui contra disputaverunt Salmasius [in notis ad Tertull. de pallio p. 233] et Ernesti [in clavi Ciceron. s. v. εὐπινές p. 970] audiendi sunt; qui memores voces εὐπινής et ἐμπινής rhetoricae artis vocabula esse „a bene unctis“ vel „unguentis splenden-

contraria igitur efficitur sententia ac debebat. Legendum pro „οὐκ ἀπινής“ „οὐ κακοπινής“ [1]). Iam opsartyticorum auctores duo secuntur, post quos in comicorum iocis congerendis pergitur. Sed — ut omittam trimetrum — totum illud enuntiatum praeter verba καὶ οἱ τὰ Ὀψαρτυτικὰ — Λοκρὸς poetae sapit fabricam [2]), ut quisquis scit quam saepe mediae novaeque comoediae poetae scriptores rerum culinariarum commemorent, meminitque nobis hic cum comicis rem esse, omnes mecum facere putem haec quoque ex comoedia delibata esse statuente. Uterque auctor Siculus est: quanto opere vero floruerit antiquissimis iam temporibus in illis regionibus ἡ μαγειρική et ὀψοποιική, tribus manifestum fit nominibus Philoxeni Mithaeci Archestrati. Ex Mithaeci Platonis aequalis [3]) ὀψαρτυτικῷ vel ὀψοποιίᾳ Σικελικῇ tria apud Athenaeum exstant fragmenta: cur vereamur aetati paullo inferiori Heraclidem [4]) Glaucumque tribuere, cum coniectura paene necessaria sit eos in ipso Alexidis Λεβητίῳ [5]) fuisse nominatos, unde haud ita scienter eos mutuatus sit sive Iuba sive Athenaeus?

Coquorum qui scientiam litteris mandarunt series Batonis ἐν Εὐεργέταις fragmento multis nominibus ditatur. Legimus XIV 662 c d:

Εὖ γ' ὦ Σιβύνη, τὰς νύκτας οὐ καθεύδομεν

tibus“ [cf. Et. M. 395, 4 s. v. εὐειδής] ad orationem vel genus dicendi venustum, nitidum [cf. Cic. ad Att. XII, 6. al. Dion. Hal. de comp. verb. 301. 329. Longin. XXX, 1] translatas verbo ἀπινής praeter traditam significationem contrariam quoque vindicarunt „inunctus“, „impolitus“.

1) Ad κακοπινής cf. Athen. XIII, 565 e. Soph. Aiac. 381. ἐπὶ τῆς ἰδέας proprie, ἐπὶ τοῦ ἤθους translate. cf. Hesych. κακοπινής · κακός, μεθυστής.

2) Quis enim in pedestri sermone: ἡ μαγειρικὴ οὐχ ἁρμόττει ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι τῶν ἐλευθέρων?

3) cf. Gorg. 518 b. Athen. III, 112 d e.—VII, 282 a. 325 f.

4) Athen. XII, 516 c duo Heraclidae Syracusani inter ὀψαρτυτικῶν auctores nominantur, fortasse errore: desideramus H. Tarentinum medicum.

5) Scio in Alexidis λέβητι Glauciam cocum nominari, sed ἐπέχω. cf. Meineke fragm. com. Gr. III, 440.

οἰδ' ἀναγεγράμμεθ' [1]), ἀλλὰ κάεται λύχνος,
καὶ βιβλί' ἐν ταῖς χερσί, καὶ φροντίζομεν
τί Σόφων [2]) καταλέλοιπ', ἢ τί Σημωνακτίδης
ὁ Χῖος, ἢ Τυνδάριχος ὁ Σικυώνιος,
ἢ Ζωπυρῖνος.

quos auctores ex hoc Batonis loco in Pollucis catalogum [3]) irrepsisse manifestum.

Agis cocus praeter XII 516 c non comparet nisi fortasse in Euphronis Adelphis: IX 379 e. Duo recensentur XII 516 c Dionysii [4]), nisi una persona bis illata ex duobus catalogis: fragmentum invenitur VII 326 f. Hegesippus Tarentinus [XII 516 c d] cum Aegimio [5]) Metrobio Phaesto qua aetate fuerint, ex XIV 643 e f discimus: Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι eos congestos habebat [6]). Stephano Archyta [7]) Acestio [8]) Acesia [9]) Parmenone Rhodio [9]) quid faciam

1) Vox corrupta, in qua explicanda mire se torserunt veteres interpretes. Sententiae sufficit Cobeti quod Meineke recepit ἀναπεπαύμεθ'. Sed quid sibi vult perfectum?

2) cf. Athen. IX, 403 e. XIV, 622 e, quo loco perturbatio statuenda.

3) cf. supra p. 99.

4) Fuitne alter Cassius Dionysius Uticensis [cf. Athen. XIV, 648 e f: ἐν ἑβδόμῳ Γεωργικῶν], cuius Steph. Byz. s. v. Ἰτύκη et schol. Nic. Ther. 520 [ἐν τοῖς ῥιζοτομικοῖς] mentionem iniciunt, qui fuit ante Ciceronis tempora? cf. Colum. de r. r. I, 1 et Varro de r. r. I, 1, 10.

5) cf. Fabr. bibl. Gr. XIII, 35.

6) Apertum hoc loco fit invito Athenaeo, qua ratione in conscribillandis libris usus sit. cf. enim verba initii c. 51: Πλακούντων δὲ ὀνόματα πολλῶν καταλεξάντων, ὅσων μέμνημαι, τούτων σοι καὶ μεταδώσω, secundum quae memoria nisus placentarum nomina congessisse videtur, cum verbis continuo fere sequentibus: ἡμεῖς δὲ ἃ μετεγράψαμεν ὀνόματα πλακούντων, τούτων σοι καὶ μεταδώσομεν, quibus se nil nisi transscribere confitentem deprehendimus.

7) cf. Athen. I, 5 e f. Laert. Diog. VIII, 82. Fabr. I, 496.

8) cf. Fabr. XIII, 25.

9) CIG. I, 164. Ἀκησίας scriptum est nomen. cf. Keil anal. epigr. 108. — Parmenonis Rhodii fuit μαγειρικὴ διδασκαλία, cuius mentio VII, 398 f.

nescio, nisi Acesiam medicum illum fuisse conieceris, de quo proverbium Ἀκεσίας ἰάσατο Aristophanes Byzantius ἐν τετάρτῳ ἀμέτρων[1]) apposuerat, Acestium autem cum Kaibelio[2]) ut dittographiam deleveris. Simi τέχνην Alexis in Lino [Athen. IV 164 c d] commemorat; eum Simum esse Magnetem, ad cuius nomen hilarodi Simodi sint nominati Schweighaeuser coniecerat, negavit Meineke[3]). Critonem [XII. 516 c] medicum fuisse, cuius Galenus[4]) meminit ut pharmacologi vel cuius Martialis[5]), vaga esset coniectura. Semel apud Athenaeum per cocum aliquem[6]) Paxami mentio fit, quem Pollux inter ὀψοποικῶν συγγραμμάτων auctores numerat, Suidas autem ὀψαρτυτικὰ κατὰ στοιχεῖον condidisse ait[7]); cuius autem fuerit aetatis certius non potest definiri: sufficit scire eum certe ante Columellam fuisse. — Non melior est condicio Chrysippi Tyanensis et Harpocrationis Mendesii. Uterque citatur, ubi de placentis sermo [XIV 647 c—648 c]; illius liber ἀρτοκοπικός vel [III 113 a] ἀρτοποικός, unde totum c. 79 transcriptum est, huius περὶ πλακούντων fuit. Chrysippus non solum aeque Romanas[8]) ac Graecas enumeravit placentas, sed etiam Latino more ad-

1) cf. Zenob. I, 52. Locos congessit, proverbium explicavit Nauck Arist. Byz. fragm. 238.

2) in progr. Rostoch.: Observ. criticae in Athen. p. 6. Iam Meineke offendit.

3) cf. Strab. XIV, 648.

4) XIII, 463.

5) XI, 60, 6.

6) IX, 376 d: de isiciis sermo.

7) Suid. Πάξαμος, λόγιος. Ὀψαρτυτικὰ κατὰ στοιχεῖον. Βοιωτικὰ ἢ βιβλίοις β΄. Δωδεκάτεχνον· ἔστι δὲ περὶ αἰσχρῶν σχημάτων. Βαφικὰ βιβλία β΄. Γεωργικὰ β΄. „Inter magistros rei culinariae rettulit etiam Columella XII, 4, 5“. cf. Needham prol. in Geop. LXV sq. — Posteriorem aetatem sapit κ. στ. illud. cf. Παξαμᾶς vel Παξαμάδιον apud Suid. Gal. XIV, 534 et Suid. s. v. δίπυρος ἄρτος. Hieronym. adv. Iovinianum I, 40. t. II, p. 304ª Vall. „ad iura Apicii et Paxami — se conferat“. Dufresne Gloss. med. et inf. Graec. I, 1095. — Fortasse idem Geopon. XII, 32 al.

8) Τερεντῖνον, Κρασσιανόν, Τουτιανόν, Σαβελλικόν, Ἰουλιανόν, Ἀπικιανόν, Μοντιανόν, Παυλιανόν al.

iectiva formavit[1]) Latinisque nominibus[2]) usus est. Harpocrationi Mendesio XIV 648 cum placenta aliqua apud Alexandrinos usitata res est. Aetatem Chrysippi definire inde licet, quod Apicianam[3]) placentam novit: vix igitur ante Tiberium fuisse potest. Excerpsisse vero ipsum Athenaeum duos illos libros non veri est simile, quia Ulpianus p. 648 c quaerit quidem Πόθεν ὑμῖν, ὦ πολυμαθέστατοι γραμματικοί, καὶ ἐκ ποίας βιβλιοθήκης ἀνεφάνησαν οἱ σεμνότατοι οὗτοι συγγραφεῖς, Χρύσιππος καὶ Ἁρποκρατίων, διαβάλλοντες καλῶν ὀνόματα φιλοσόφων τῇ ὁνωνυμίᾳ; sed nec ipse ζήτημα suum solvit, nec alius responsum fert. Nimirum de libris hominum Athenaeus non plura quam de ipsis compertà habuit: nihil praeter nomina novit.

Tertius πεμματολόγος Iatrocles, qui nomine medicum se profitetur, cuius VII 326 e ex Pamphilo affertur Ἀρτοποικός, ita ut sana ratio poscat, ut libri XIV quoque quattuor illos locos, quibus ad eiusdem de placentis librum provocatur[4]), ad Pamphilum referamus. Parvi sunt momenti Agelochi[5]) de castaneis [II 54 d], Antiphontis[6]) de piris [ex libro περὶ γεωργικῶν XIV 650 e, ubi post ipsum Pamphilum commemoratur], Eumachi Corcyraei in ῥιζοτομικῷ de floribus [XV 681 e], Herodoti Lycii in libro de ficis [III 75 f et 78 d] testimonia. Archagathus IV, 158 a loco corruptissimo commemoratus num medicus sit et fortasse idem ac Graecus ille, qui belli Hannibalici temporibus primus Romam immigravit[7]), cohibeo iudicium. Ex Philonidis medici de unguentis et coronis opere quae proferuntur XV 675 a—e[8]), redire dicuntur ad verbum apud Apollodorum:

1) ἀρτοπτίκιος, κλιβανίκιος, στρεπτίκιος, σησαμᾶτα.

2) φοῦρνος, φουρνίκιος, ματερία, βωλήτη, βωλητῖνος, φουμῶσος, κλοῦστρον [cf. Archiv f. Lexicogr. I, 111], πελούκιδον, γουττᾶτον, κάτιλλος ὀρνᾶτος, φλαβίλλιον.

3) cf. XIV, 647 c cum I, 7 a. — Chrysippus ἐν τῷ περὶ λαχάνων in schol. Nic. Ther. ad v. 845 potest Cnidius fuisse.

4) XIV, 646 a b f, 647 b c.

5) Nomen redit CIG. 1583 in Boeotio homine Ἀγέλοχος Ἀσκλαπιαγένιος.

6) Antipho medicus est apud Poll. II, 223.

7) Plin. n. h. XXIX, 1, 12. Fabr. bibl. Gr. XIII, 78.

8) cf. 676 c. 691 f. Diosc. IV, 141. Fabr. XIII, 368.

hic igitur illo videtur usus esse. Cum vero ipse apponat Andreae medici testimonium, videtur vixisse secundo a C. n. saeculo, quocum fragmentorum quoque convenit natura. Librum, qui inscriptus erat στέφανοι, composuit Aelius Asclepiades, cuius mentio inicitur 676 f, testimonium de στρουθίῳ στεφάνῳ apponitur 679 b, unde discimus Asclepiadem poetarum [1]) versus adicere non esse dedignatum. Nescio num eidem debeatur Galenae Smyrnaeae testimonium in fine capitis appositum p. 679 c. Novimus quidem „T. Aelium Asclepiadem Augusti libertum medicum ludi matutini chirurgum“ in titulo sepulcrali Romae reperto Graeco [2]), sed num noster sit dubium, cum de patria non constet, Asclepiadae autem medici sescenti fuerint [3]).

Transeo ad Euthydemum Atheniensem, qui inter auctores ὀψαρτυτικῶν refertur XII 516 c, quem περὶ λαχάνων scripsisse locis quattuor [4]), περὶ ταρίχων locis sex [5]) evincitur. Qua aetate vixerit non potui enucleare; spondeo tamen ex fragmentis eisque cum quibus solet nominari eum aut tertii aut quarti a. C. n. saeculi fuisse; Romanarum rerum apud eum non est mentio.

Certiorem pedem figere licet in Epaeneti aetate definienda, qui ipse quoque in ὀψαρτυτικῶν scriptoribus [XII 516 c] comparet et apud Pollucem [VI 70] redit. Ad idem opus apud Athenaeum undecies [6]) provocatur, nec mihi dubium, quin ubi omisso operis titulo solum auctoris nomen affertur [7]), idem

1) τὰ ἐκ τῶν Εὐβούλου Στεφανοπωλίδων.

2) CIG. III, 6658 [Gruter 335, 1]. Qui homo non ante Hadrianum fuisse potest.

3) Aelios Asclepiadas duos alios nobis suppeditat CIG. II, 3663. III, 6189.

4) II, 58 f. III, 74 b. IX, 369 e, ubi Εὔδημος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ λαχάνων ut IX, 371 a Εὔδημος ἐν τῷ περὶ λαχάνων, quorum utrumque in ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ mutare non dubito.

5) III, 116 a—c. III, 118 b. VII, 307 a b. 308 e. 315 f. 328 d.

6) II, 58 b. III, 88 c. VII, 294 d. 297 c. 304 d. 312 b. 313 b. IX, 371 e. 387 d e. 395 f. XIV, 662 d.

7) VII, 305 e. 328 f ἐν τῷ περὶ ἰχθύων ad Dorionem videtur referendum esse, saepius enim coniuncti citantur.

subsit liber. Epaeneto Artemidorus Aristophaneus usus est, Artemidoro Pamphilus: aliter enim non possumus interpretari, quae Athen. IX 387 d e legimus: Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἀριστοφάνειος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ὀψαρτυτικαῖς Γλώσσαις καὶ Πάμφιλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν Ἐπαίνετον παρατίθεται [1]) λέγοντα ἐν τῷ Ὀψαρτυτικῷ. Eodem modo res se habet XIV 662 d—663 d [2]). Possit igitur suspicio oriri omnia Epaeneti quae apud Athenaeum exstant fragmenta Artemidoro per Pamphilum deberi; et ne hic quidem subsisteret dubitatio: quaerendum esset, num fortasse alii quoque ὀψαρτυτικῶν auctores ad Artemidori glossarum corpus essent referendi. Sed hanc quaestionem nimis adhuc incertam consulto missam facio. Satis sit evicisse Epaenetum Artemidoro esse antiquiorem, qui videtur primi a. C. n. saeculi ineuntis aut medii glossographus fuisse [3]). Epaenetum eundem agnosco in schol.

1) Nimirum invenerat apud Pamphilum Athenaeus: Ἀρτεμίδωρος ... Ἐπαίνετον παρατίθεται.

2) Nec dubito, quin in c. 84 interciderit Epaeneti nomen: verba enim inde ab εἴ τις τῆς ὄρνιθος ματτύην [ποιεῖν θέλει?], ἐσφάχθω μὲν ad τετιλμένην et καὶ νομάδα ad ἐν τοῖς ἡδίστοις non grammaticum sed ὀψαρτυτικοῦ auctorem sapiunt; Artemidorus igitur hoc quoque loco Epaenetum videtur adhibuisse. Ceterum plura etiam hoc loco in transscribendo deliquit Athenaeus; quod enim initio c. 84 legimus Ἀρτεμίδωρος ... τὴν ματτύην ἀποφαίνει κοινὸν εἶναι πάντων ὄνομα τῶν πολυτελῶν ἐδεσμάτων [sic scribo pro ἡδυσμάτων coll. 663 c e] et 663 e ὅτι μὲν οὖν κοινὸν ἦν τοὔνομα τῶν πολυτελεστάτων ἐδεσμάτων φανερόν, plane contrarium efficitur verbis quae interposita leguntur, quibus unum certumque escae genus describitur; nec intellegi possunt quae secuntur ὅτι δὲ καὶ ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης εὐωχίας ὁμοίως ἐλέγετο nisi in memoriam revocatis Alexidis 663 c antecedentibus versibus; adnectuntur enim comicorum versus, quibus efficiatur ματτύην ad potationes adhibitam esse. 664 a demum legimus, quod ante praecepta illa culinaria expectavimus, πιθανὸν δὲ καὶ ἰδίως ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων ἀναφέρειν ante Machonis testimonium.

3) cf. supra p. 48 adn. 3. Vereor ne debito iuniorem reddat Artemidorum Ahrens, qui eum Bucol. Graec. II p. XXVII „ultimo semisaeculo a. Chr.“ tribuit. Theo enim Artemidori f., Apionis, qui sub Tiberio floruit, in museo Alexandrino antecessor, Didymi aequalis cum videatur fuisse, causa non est, cur Artemidorus ille non potuerit circa annum 90 vel etiam antea

Nic. Ther. 585 [Keil 46, 22]: βούπλευρον — λάχανον, οὗ μνημονεύει Νίκανδρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑακίνθῳ καὶ Ἐπαίνετος ἐν τῷ περὶ λαχάνων. Nec alius fuit, cuius nomen novies commemoratur in anonymi περὶ ἰοβόλων tractatu, cuius partes nonnullas Rohde Mus. Rhen. XXVIII 264 sqq. ex codice Vaticano edidit. Probavit Rohde hunc Archigene usum esse, quem scimus in l. περὶ ἰοβόλων Epaenetum τὸν ῥιζοτόμον adhibuisse. Veri igitur est simillimum Epaenetum ex numero innumero medicorum fuisse, qui ὀψαρτυτικοὺς, ῥιζοτομικοὺς λόγους, περὶ λαχάνων et περὶ ἰοβόλων libros promiscue condiderunt.

Itinere sat laborioso confecto iam respiciamus. Sunt inter scriptores medicam diaeteticam culinariam artem professos, qui ab Athenaeo ut putant excerpti sunt, ut omittam minores semelque nominatos, exeuntis quinti a. C. n. saeculi: Hippocrates Cous, Diocles Carystius, Mithaecus Syracusanus; quarti Praxagoras Cous, Plistonicus, Philotimus, Mnesitheus Atheniensis, Philistio Locrus; ut videtur Euenor quoque, Heraclides Syracusanus, Glaucus Locrus; tertii Diphilus Siphnius, Erasistratus, Andreas Carystius, Philinus, Glaucias [Glaucidas], Heraclides Tarentinus; fortasse etiam Apollonius, Philonides, Apollodorus, Euthydemus, nisi hi poteriores paullo; secundi Epaenetus; primi et temporum Augusti Tiberiique Hicesius et Menodorus, Iatrocles, Chrysippus Tyanensis, Harpocratio Mendesius, Dionysius Uticensis.

nasci. Eundem vero hunc esse atque Aristophaneum veri simile est, quod et Theo et Artemidorus λέξιν κωμικὴν conscripserunt [cf. ep. Hes. ad Eulog. et Ahrens l. l.], Artemidorum autem ab Aristophaneis probabile est declinasse, cum nomen ei sit inditum ὁ ψευδαριστοφάνειος. cf. Athen. I, 5 b et Suid. s. v. Τιμαχίδας. v. supra p. 48 adn. 4. XI, 485 e. Nec puto Aristophaneos aeque durasse atque Aristarcheos et Crateteos; Artemidorus fortasse ultimus fuit, cuius filius Θέων Ἀρτεμιδώρου [Et. M. s. v. ὅρμῳ] scholae Aristarcheae praefuit. Ex schol. Arist. vesp. 1239 Duebn. p. 162 b intellegimus Artemidorum Chaeride Aristarcheo, eius filio Apollonio, Herodico fuisse iuniorem; ceterum pro Ἀμμώνιος cum Blau l. l. Ἀπολλώνιος legendum puto. Nuper Giese in diss. Monast. de Theone Grammatico 1867, p. 32 sq. dubitavit, num Theonis pater Artemidorus sit Aristophaneus; non certum mihi, sed valde veri simile videtur. πρῶτον ψεῦδος est, quod ille duos grammaticos nomine Artemidorus statuit.

Fuerunt inde a Neronis temporibus usque ad initium tertii saeculi qui diaeteticam tractarunt multi ex parte clarissimi medici; velut ut temporum rationem habeam Dioscoridis ὑλικά multa huius generis suppeditant, Xenocrates Aphrodisiensis circa annum 70 περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς scripsit[1]), Soranus ὑγιεινὸν λόγον[2]) composuit; neque Athenaeus pneumaticus, ut patet ex Oribasii collectione[3]), diaetetica praecepta scribere dedignatus est. Eiusdem Oribasii cura ἐκ τῶν Ῥούφου περὶ σκευασίας ἐδεσμάτων[4]) permulta habemus servata; Marcelli Sidetae ἰατρικὰ περὶ ἰχθύων[5]) novimus, denique Galenus Pergamenus tres minimum huc qui faciunt libros condidit: ὑγιεινῶν λόγους ϛ′, περὶ τροφῶν δυνάμεως βιβλία γ′, περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας τροφῶν.. Apud Athenaeum autem horum septem auctorum — quem numerum veteris medicinae me peritior facillime poterit augere — nec vola nec vestigium. Galenus adest in convivio nec ignorat Athenaeus, qualis fuerit vir, cum dicat, epitomatori si fides, I 1 e: Γαληνός τε ὁ Περγαμηνός, ὃς τοσαῦτ' ἐκδέδωκε συγγράμματα φιλόσοφά τε καὶ ἰατρικὰ ὡς πάντας ὑπερβαλεῖν τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν οὐδενὸς ὢν τῶν ἀρχαίων ἀδυνατώτερος. Cur igitur ex libris eius nihil sive per ipsum sive per Daphnum medicum prolatum fingit? Convivarum libros non invitus commemorat, quos quidem norit, nempe suos ipsius[6]). Quidni ex operibus homonymi pneumaticorum ducis, medicorum si erat artisque medicinae peritus, quidquam nobis impertivit? Quae cum ita sint, omnia videntur suadere, ut Athenaeo in his rebus auctorem Tiberio

1) cf. Ideler physici et medici Graeci minores I, 121—133.

2) Cael. Aur. ac. II, 11, 107 sub fin. cap.

3) cf. I, 2, 9, 11.

4) I, 269. Dar.: ἐν τῷ περὶ διαίτης. cf. Suidas s. v. Ῥοῦφος: περὶ διαίτης έ, περὶ διαίτης πλεόντων ά . . . περὶ σύκων ά . . . . περὶ γάλακτος βιβλίον ά, περὶ οἴνου βιβλίον ά, περὶ μέλιτος.

5) cf. Ideler l. l. I, 134—137.

6) cf. VII, 329 c. V, 211 a. Nec aequalium opera consulto omittit velut I, 13 b eorum qui de halieuticis scripserunt catalogo — κ. στ. decurrente — inserto de suo addit Oppianum Cilicem τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον. De Herodiano et Plutarcho cf. supra p. 80.

non multo posteriorem fuisse putemus; nec invenitur, de quo potius quam de Pamphilo cogitari possit. Cui sententiae qui adstipulatur, ad grammatici illius opus quo modo fuerit dispositum enucleandum egregium nanctus est auxilium.

Caput VI.

Pergitur de Pamphilei operis ordine.

Velim adeas mecum ea capita quibus agitur de panibus: III cc. 73—83. C. 73 de Arto sermo, Messapiorum principe: commemorantur Polemonis de eo opusculum, Thucydidis liber VII, Demetrii comici Sicelia; altera parte de Cerere frumenti inventrice provocatur ad Polemonis qui est περὶ τοῦ Μορύχου et primum ad Timaeum libros; in extremo capite adiciuntur Alexidis duo versus, quibus certe apud lexicographum non fuit locus. C. 74 Tryphonis phytica expilantur; qui sequitur Lynceus Samius ab Athenaeo ipso videtur adhibitus. Pergitur in panum catalogo inde ab 109 e med., nec dissimile veri etiam haec omnia usque ad finem capitis deberi Tryphoni; intermixta est Archestrati mentio 110 a, cuius testimonium, quod inde ab 111 f demum legimus, hic promittitur. C. 75 Epicharmi Sophronisque panes congeruntur excursu facto de Atticorum κριβάνῳ, qui Herodoto et Doriensibus κλίβανος audit. Secuntur Nicandri in Glossis, Platonis comici in Nocte longa et Menelao, Alexidis in Cyprio, Phrynichi ἐν Ποιαστρίαις, Sophoclis ἐν Τριπτολέμῳ, Aristophanis ἐν Ταγηνισταῖς, Philyllii ἐν Αὔγῃ, Alcmanis ἐν τῷ πέμπτῳ, Aristophanis ἐν Εἰρήνῃ et ἐν Ὀλκάσι testimonia. In variis variarum gentium panum generibus recensendis multus est per totum c. 76, ubi et scaenicorum [Aristophanis, Pherecratis, Blaesi, Dinolochi, Rhinthonis, Nicostrati, Diphili, Cratini] testimonia appinguntur et glossographorum [Polemarchi, Artemidori, Heracleonis, Nicandri] et obscuriorum nonnullorum auctorum [Socratis ἐν ἕκτῳ Ἐπικλήσεων, Eucratis[1]), clarioris Neanthis Cyziceni et

1) Meinekio suspecti, qui coni. Σωκράτης facili sane mutatione, sed vereor ne inutili.

Artemidori Ephesii]. Archestrati versus c. 77 afferuntur, nec sine cavillatione[1]) ὁ τένθης apud Athenaeum vapulare solitus dimittitur. C. 78 primum Attici deinde Cyprii, denique collicii qui dicuntur panes recensentur veteris mediaeque comoediae poetis testibus, tractatu parvo interposito, quo agitur de Thearione τῷ ἀρτοποιῷ, qui in ultimo Antiphanis versu comparuerat, ut vel ὑπόμνημα ad locum illum vel opus κωμῳδουμένων videatur adhibitum; Antiphani enim explicando grammatici operam impertiverunt: constat de Dorotheo Ascalonita [cf. XIV 662 f].

Ad posteriora multo tempora revocamur c. 79, quod Chrysippi Tyanensis de panibus commentationem praebet. C. 80 excursu, qui deipnosophistarum ethopoeiae inserviat, facto panes nonnulli adduntur ex Tryphonis ἁ φυτικῶν excerpti, cui nescio num Heraclidis quoque Syracusani testimonium debeatur. C. 81 totum glossographis scatet: comparent Seleucus Amerias Timachidas Nicander Colophonius et Thyatirenus Philemo Philetas admixtis comicis Aristophane et Alexide, historicis Hecataeo Herodoto Phanodemo. C. 82 primo ex Tryphone auctoribus appositis Apollophane ἐν Δαλίδι et Alcmane [Sosibio] et Hesiodo μαζῶν nomina nonnulla enumerantur. Sed medio legimus capite παραιτητέον δὲ καταλέγειν: novit enim Aristomenem Atheniensem, Hadriani libertum, Atticoperdicem ἐν τρίτῳ τῶν πρὸς τὰς ἱερουργίας plura etiam suppeditare nomina; nec exscribit illud; immo ne ad manum quidem videtur habuisse, adeo non de re sed de persona multus est. Interiecta vocum ἀπελεύθερος et ἐξελεύθερος mentione, quae in posterum remittuntur, c. 83 Galenus medicus Ἀσκληπιαδῶν παίδων partibus susceptis apponit quae Diphilus Siphnius, Philistio Locrus, Andreas Carystius, Mnesitheus Atheniensis de

1) Praeter unum fere Homerum de omnibus scriptoribus apud Athenaeum anceps est iudicium: Archestratus cum indignatione ubique pari producitur; quae ni fallor una est causa earum, cur eum ab Athenaeo lectitatum esse omnibus sit persuasum. Sed male hac in re Clearchum et Chrysippum imitatur. [cf. X, 457 c sqq. VIII, 335 b e al.]. Quod vero Chrysippus tantum tribuit Archestrato, documento potest esse [cum Ennii studio], quanta eius fuerit fama; nec immerito, quippe cuius versus etiam Bentleio elegantissimi visi sint.

panibus exposuerunt. — Persimili ratione coniuncta legimus I c. 59, quae Diocles Praxagoras Mnesitheus de vinis disputarunt; II cc. 23—25, quae Plistonicus Hippocrates Erasistratus Diocles Praxagoras Euenor de aquis; cc. 41—43, quae Heraclides Tarentinus Diocles Philotimus Diphilus Mnesitheus Agelochus de bellariis, in primis amygdalis nucibus castaneis; III cc. 32—34, quae Diocles et Hicesius, quos cc. 39 et 40 Diphilus et 43 Mnesitheus secuntur, de ostreis et conchyliis; c. 85, quae Diocles et Hicesius de salsamentis; cc. 91—93, quae Heraclides Tarentinus Diocles Diphilus Mnesitheus περὶ τῶν εἰθισμένων προπαρατίθεσθαι περιφορῶν; VIII cc. 51—56, quae Diphilus et Mnesitheus [1]), cum interciderit qui 355 a promittitur Philotimus, de piscibus; XV c. 28, quae Hicesius Apollodorus Eumachus Amerias Philinus de floribus; cc. 38 et 39, quae Apollonius et Hicesius de unguentis censuerunt. Scimus, quam saepe singulis quibusque piscium olerum frugum carnium generibus testimonia appingantur diaeteticorum — velut singulis piscibus in VII Hicesii et Epaeneti auctoritas —; attamen quae modo significavi potius quam percensui, locum non habent nisi in opere lexicographo quod rerum sequatur ordinem; si igitur — ne dicam omnes — pars tantum medicorum illorum per medici Pamphili opus ad Naucratitam pervenit, qui potest corpus illud περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν ad elementa decurrisse? An putemus, quae singulis glossis appictae exstant auctoritates, eas quidem Pamphilo deberi, ea autem medicorum fragmenta, quibus uno tenore de vinis aquis oleribus panibus salsamentis ostreis conchyliis piscibus bellariis floribus unguentis in universum agatur, ab Athenaeo proprio Marte esse conquisita? Utrum vero ex. gr. Iatroclis Hicesii Epaeneti aliorum testimonia de placentis et piscibus in capite illo Pamphileo, cui inscriptum erat περὶ πλακούντων vel περὶ δευτέρας τραπέζης — ex Artemidoro illi fortasse transscripto, additamentis varii generis ditato —, et περὶ ἰχθύων exstiterint coniuncta in certa capitis parte, ut in panibus videmus, medicis reservata, an Pamphilus etiam ea disciderit suaeque quidque

1) Introducuntur hoc loco Ἀσκληπιαδῶν παῖδες simili modo atque III, 115e.

glossae tribuerit, hoc nondum diiudico. Inclinat tamen eo animus, ut illam sententiam potiorem ducam; non tam ut inconstantiae opprobrium effugiat Pamphilus, quam quia crediderim Athenaeum non librarium stolidum agere voluisse, sed in addendis supplendis ordinandis exsecandis suum saepe secutum esse consilium [1]).

Quae cum ita sint, qui medicis apud Pamphilum locum dat, concedet non potuisse a lexicographo, quod per se veri dissimile, eum ordinem teneri, quem putavit ex. gr. M. Schmidt Suidae loco de α′—δ′ a Zopyrione confectis nisus: nimirum voluit Pamphilum in universum litterarum ordinem secutum esse, ita ut primum omnes ab α deinde β etc. incipientes glossas et λέξεις posuerit, intra singulas autem litteras et verborum classes [a tragicis comicis oratoribus historicis Homero Hippocrate usurpatorum] et rerum genera [ut in onomasticis] distincta fuisse. Qua in dispositione cum alia erant incommoda tum mirum quam saepe eadem verba debebant retractari.

Omnino ordo litterarum a Pamphili lexico procul habendus; nec solum in toto opere distribuendo non valuit, sed ne intra singula quidem capita admissus videtur; quibus enim argumentis hoc probatum putarunt [2]), non agnosco. Tractatum περὶ βοτανῶν a lexico procul cur habeam ordinemque eius elementarium ad totum illud pharmacologorum de herbis scribendi genus referam, supra exposui p. 76 sq. Quod vero ad Athenaei de piscibus et vasis potoriis libros [VII et XI] provocant, me iudice minus etiam audiendi sunt; nam primum, si elementorum ordo intra capita obtinuit, qui factum, ut nisi in duobus illis libris prorsus sit exstinctus? deinde Pamphilus, qui in tractatu de herbis omnes videtur litteras in ordinando respexisse [3]), profecto non satis habuisset in lexico vel glossario nullam nisi primam — raro secundam — litteram spectasse, ceteras ne-

1) Facit huc, quae innumeris exemplis potest probari, consuetudo lectorum ab altera disputationis parte ad alteram relegandorum.

2) velut M. Schmidt Quaest. Hes. CLXXII et Weber l. l., quem sequitur Bapp l. l.

3) Recensentur primae a Galeno hoc ordine: ἀβρότονος, ἄγνος ἄγρωστις, ἄγχουσα, ἀδίαντον, ἀετός.

glexisse, ut fit in libris VII et XI [1]); tum prorsus hic ordo abhorret a lexicographorum antiquorum qui quidem rerum ordinem curant consuetudine [2]). Denique Athenaeus ipse VII 277 c se κατὰ στοιχεῖον nomina piscium ordinaturum spondet, quod si ante poculorum catalogum [XI init.] non videtur repetivisse [3]), epitomatori culpae vertendum: in Marciano haec pars deest.

Alio modo elementorum ordinem Pamphilo intrusit H. Weber [4]), qui statuit ordinem alphabeticum a Suida significatum ad titulos capitum spectare. Non urgeo quod nullo antiquitatis exemplo suam sententiam ne a Suida quidem, qui in re unica longior fuisset, commendatam probare potest, per se autem veri dissimile est duas mixtas fuisse rationes, ut altera alteri oportuerit obstare [5]), id unum moneo: ne obliviscamur,

1) Non audiendus M. Schmidt Quaest. Hes. CLXXII: „ex serie literarum, et ita quidem, ut licet interdum iustus ordo neglectus sit, secundam tamen literam semper, tertiam non raro observatam respicias". Cadit hoc paucis exceptis in pocula a x incip. ab ipso apposita; sed videat lector haec: Inde a VII, 315 a ὀρφώς, ὄρκυνος, ὄνος καὶ ὀνίσκος, πουλύπους, πάγουρος, πηλαμύς, πέρκη, φυκίς, ῥαφίς, ῥίνη, σκάρος, σπάρος, σκορπίος, σκόμβρος, σαργός, σάλπη, συνόδους, συναγρίς, σαῦρος, σκεπινός, σκίαινα, συαγρίς, σφύραινα, σηπία, τρίγλη, ταινία, τράχουρος, [τ]αυλωπίας, τευθίς, τεῦθος. — XI c. 68 sqq. λαβρώνια, λάκαινα, λεπαστή, [λαφύκτη], λοιβάσιον, λέσβιον, λουτήριον, λυκιουργής, μέλη, μετάνιπτρον, μαστός, μαθαλίς, μάνης. XI c. 22 sqq. ἀγκύλη, αἰακίς, ἄκατος, ἄωτον, ἄροκλον, ἄλεισον, δέπας, ἀμαλθείας κέρας, ἐνιαυτός, ἄμφωτις, ἄμυστις sqq. In piscibus alterius litterae nulla ratio; in poculis non ubique.

2) Ne in glossariis quidem illis Graeco-Latinis, a quibus orsi sumus, inveniuntur exempla praeter interpr. Mont. „de mor. hum." et „de artif." Steph. „de moribus"; quorum diversa est ratio aeque atque eorum, quae post Non. Marc. comp. doctr. secundum litteras ordinata invenimus, cc. II, III, IV et Isidori orig. l. X. Miror Paxami ὀφαρτ. κ. στ. cf. Suid. Cetera posteriora.

3) M. Schmidt hac in re Athenaeo fidem denegat; sed non est is ordo quem Athenaeo invideas.

4) Philol. suppl. III, 487 sqq.

5) ut sic ex. gr. decurrant: περὶ ἀνέμων, περὶ ἀνθρώπου, περὶ ἀνθῶν, περὶ γάμου κτλ. vel περὶ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ πραγμάτων, περὶ

quo modo factum videatur opus Pamphileum. Nimirum pro explorato habeo ex. gr. Aristophanis λέξεις, Nicandri περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων glossas, Artemidori culinarias denso agmine in Pamphilum transmigrasse; qui igitur eas potuit divellere — nam complura certe capita effecerunt —, ita ut [paucis defungar exemplis] περὶ δευτέρας τραπέζης caput inter capita περὶ δερμάτων et περὶ διδασκαλείου, caput vero περὶ λαχάνων inter capita περὶ κυνηγίας et περὶ μηνῶν vel περὶ ἀνθῶν inter cc. περὶ ἀνθρώπων et περὶ ἀρχόντων poneretur? At obstat locus Suidanus. Vereor equidem, ne error subsit. Velut: quid si numeris pro litteris restitutis librum I—IV confecit Zopyrio, ceteros [inde a V] ipse Pamphilus? Quod eo quoque veri simile, quod si cum Webero faceremus, in quattuor primis capitibus res diversissimae fuissent congestae, nostram si sequimur sententiam, omnia inter se optime cohaerent, ita ut certum definitumque verborum genus Zopyrio fuerit complexus, cetera Pamphilus; cui si tanto maior pars contigit quam sodali, ut toti postea operi ipsius nomen sit inditum, potuit sane Zopyrio e laboris consortio cedere, potuit morte avocari, potuit alia obesse res. Una pugnat ω litera; sed hoc erroris unicum indicium [1]).

Secutus igitur est mea sententia Pamphilus et in singulis nominibus congerendis et in capitibus disponendis vel componendis rerum ordinem. Quid hoc sibi velit, docere nos possunt, a quibus orsus sum, glossaria illa Graeco-Latina. Probavi certam in illis obtinere rationem, quam servarint Mon. et N ceteris accuratius, N I accuratissime. Ex Athenaeo magna eorum capitum copia Pamphilo potest vindicari, si respicis quae p. 79 sqq. composui. Nimirum agitur apud Athenaeum quoque — quamquam distractis nonnumquam capitibus — περὶ βρωμάτων, περὶ ποτῶν, περὶ κρέατος, περὶ τῆς δευτέρας τραπέζης, περὶ ἰχθύων, περὶ πετεινῶν, περὶ τῶν τετραπόδων, περὶ λαχάνων,

ἀγροικίας, περὶ τῶν ἐν τῷ ᾄδου, περὶ ἀμπελῶνος, περὶ τῶν ἐν ἀμφιθεάτρῳ.

1) Erroris explicationem si quis quaerit, scriptum esse potuit ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἑ συγγεγραμμένα ἐκείνῳ ·τὰ κτλ., quod Usener mihi suppeditavit.

περὶ ἀνθῶν, περὶ ὀσπρίων, περὶ ἐνδομενίας [1]), περὶ ἀρωμάτων Sin vero omnia respexeris, quae Pamphili auctoritate citantur, videbis apud eum περὶ ναῶν ἱερῶν quoque [cf. Athen. XIII 572 e] et περὶ οἰκήσεως [cf. Et. M. 521, 28] et περὶ δένδρων [Athen. III 85 c. II 52 f?] sermonem fuisse.

Vestini epitoma secundum Suidam [2]) quattuor librorum fuit; Diogeniani quinque. Haec fuit κατὰ στοιχεῖον; veri simillimum igitur illam ordinem secundum res servasse. Sic possumus ad glossariorum illorum inopiam descendere. Apud Latinos non defuerunt „ordinata Graeca", nimirum onomastica ad Graecorum exemplar conformata. Magistelli, qui Graecos latine Romanos graece docere voluerunt, Graecis Romana Romanis Graeca accommodabant; deinde onomasticon illud Graeco-Latinum vel potius onomastica illa — nam plura iam circumferebantur — in corpus intulerunt interpretamentorum. Haec ut dixerim umbra est, qua operis Pamphilei etiam nobis licet agnoscere habitum externum.

---

1) Huc referenda et poculorum nomina et vasa coquinaria, quorum in glossariis non habemus singula capita. Mirum quanto frequentior in Athenaei l. XI Pamphili memoria quam in ceteris omnibus.

2) Nec obliviscendum schol. marg. ad Gregor. Naz. epit. in patr. apud Montef. in diar. Ital. 214: περὶ σταθμῶν · τὸ τάλαντον ὥς φησι Διόδωρος . . . ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς τῶν Οὐηστίνου ἑλληνικῶν ὀνομάτων. Transscripsit haec commentator Gregorii ex scholiis BL Iliadis E 576 p. 167 a 3, ubi nunc intercidit τῶν Οὐηστίνου. Plenum Gregorii scholion invenies apud E. Piccolominium: Estratti inediti d. codici Greci d. bibl. Med. (Pisae 1879) p. 11. n. 71. Diogenianus igitur non ipsum Pamphilum sed epitomam Vestini adiit, quique Diogeniano tribuerunt epitomam ex Pamphilo factam, minus accurate locuti sunt. Hinc et quod numerus δ′ pro priore epitoma nimis videbatur exiguus, concluserunt vv. dd. pro ΔΛ restituta Vestini epitomae triginta libros tribuendos. Utut vero res se habet, nemo potest veri simile reddere iam Vestinum ordinem Pamphili sustulisse: hoc Diogeniani fuit.

VITA SCRIPTORIS.

Henricus Carolus Iulius Schoenemann natus sum Hannoverae anni MDCCCLXIV Id. Apr. patre Carolo, matre Iulia e gente Breckerbaum, superstitibus adhuc gratissimoque quoad vivam animo mihi colendis. Fidem profiteor evangelicam.

Discipulus ut fierem Lycei II, cui vixdum condito illo tempore una cum Lyceo I Henricus Ludolfus Ahrens praeerat, pater optimus ludo litterario instruendum puerulum me tradidit. Deinde in gymnasio ipso iam sub Wiedaschii auspiciis florente per novem annos virorum humanissimorum usus sum disciplina. Inde a vere anni MDCCCLXXXI Gottingae collegiis me docuerunt vv. dd. Andresen Baumann Bechtel Bruns Dilthey Duhm Fick Gilbert Goedeke G. E. Mueller W. Mueller Sauppe Schmarsow Ueberhorst Volquardsen, inter quos in primis Caroli Diltheii et Ivonis Brunsii egregia cautum est institutione, ne de sua via adulescentuli studia deflecterent. In proseminario philol. Gotting. Bruns de Leutsch magnaque semper comitate Sauppe me erudiverunt; exercitationibus theodiscis W. Mueller, Homericis Fick per senos menses me admiserunt. Inde a vere anni MDCCCLXXXIII Bonnae, quo proficiscenti mihi Bruns nec consiliis nec votis optimis deesse voluit, docuerunt me vv. dd. Buecheler Ioers Kekulé Klein Neuhaeuser Nissen Schwartz Usener Wilmanns. In seminarium philol. Bonn. ut reciperer, egregia erga me Buecheleri Luebberti Useneri benevolentia factum est, quorum virorum praeclara disciplina per duos annos usus sum. Praeterea benigne mihi concesserunt, ut interessem exercitationibus Buecheler philologis et epigraphicis per quinquies, archaeologicis Kekulé per sexies, philologis Schwartz per bis sex menses. Per senos menses seminarii theodisci et historici exercitationum particeps fui Wilmannsii et Nisseni comitate. Quibus viris omnibus meum est gratias agere ex animi sententia. In primis autem Buechelero Kekuléo Usenero quantum debeam, scio nec umquam obliviscar. Summo opere mihi est enitendum, ut probem aliquando talem eruditionem non indigno contigisse.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I. Soph. Elect. 363 sq. sic lego
ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμ' ἀεὶ λυπεῖν μόνον
βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν,
pro tradito τοὐμὲ μὴ λυπεῖν.

II. Soph. Phil. vv. 669 sqq. sic legendos puto
ἀρετῆς ἕκατι τῶνδ' ἐπιψαῦσαι μόνον·
ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν οὐ παθὼν ἐπίσταται,
παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.
deletis vv. 670 sq., Philoctetae tributis 672, 673, 674 dimid., Neoptolemo verbis inde a καὶ σέ γ' εἰσάξω, altero σε in με mutato. v. 670 pro οὐ παθών traditur εὖ παθών.

III. Triptolemum Sophocleam Welcker Griech. Trag. pagg. 301—310 non recte contendit Celei insidias complexam esse (sec. Hyg. fab. 147). Ex fragmentis elucet (cf. in primis fr. 538 N. Dion. Hal. ant. I 12) Triptolemum iter suum aut nondum esse ingressum aut non perfecisse. Videtur Sophocles Triptolemum apud Carnabontem Getarum regem periclitatum finxisse (cf. Hyg. poet. Astr. II 14. Herod. π. μον. λέξ. I 9).

IV. Fragm. ex Thesmophoro Dionysii comici apud Athen. IX 404 e sqq. servati v. 11 (pag. 405 a) sic est explendus
[οὐ γὰρ] στρατηγὸς πᾶς καλεῖθ' ὃς ἂν λάβῃ
δύναμιν. cf. Meineke III 548.

V. Platonis in Timaei prooem. pag. 19 A de custodum liberis educandis verba qui cum Reipublicae de eadem re locis (V 460 C. 459 DE. 461 C. cf. III 415 BC. 423 CD) conciliari posse existimant, non recte iudicant. (Goettling Aristot. Polit. praef. XIIII. Stallbaum in ed. Reipubl. Zeller Philos. d. Griech. II 1, 771 adn. 3).

VI. a. Platonis in Reipubl. III pag. 329 A verba, secundum quae de hominibus a poetis depingendis nondum videtur sermo fuisse, pugnant cum pag. 387 D et 390 D (cf. libri init. 386 A).

b. Quae de veritatis studio a Platone Reipubl. III pag. 389 B—D med. disputantur, cum eis quae antecedunt et secuntur, quibus de typis exponitur, secundum quos carmina componere debeant poetae, nullo vinculo cohaerent.

VII. Menexenum Platonis qui fertur duorum esse auctorum, quorum alter laudationem funebrem composuerit, dialogum circumdederit alter, Schleiermacher recte sensit: sed neuter Plato fuit.

VIII. a. Nossis poetria intra annos 300—220 a. C. Locris Epizephyriis inclaruit; eius Μελίννα a poetria Μελιννώ distinguenda est.

b. Melinnus εἰς τὴν Ῥώμην carmen (Stob. floril. VII 13. cf. Phot. bibl. cod. 107 pag. 115 a Bekker) non tam vetustis quam Welcker (kl. Schr. II 164) voluit temporibus compositum est, immo non ante Caesaris vel Augusti aetatem ad simulacrum urbis Romae celebrandum.

IX. Athen. XIV 634 d e in fine cap. 35 Tryphonis verba sic scribo: Ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλός, ὁ καὶ παλαιομάγαδις, ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται. (cf. IV 182 d, ubi Meinekii πλαγιομάγαδις non probo). cod. αὐλός καὶ πάλιν μάγαδις.

X. Q. Aelium Tuberonem, ad quem Dionysius Halicarnassensis librum de Thucydidis genere dicendi misit, oratorem illum et iuris consultum fuisse, de quo Sextus Pomponius Dig. 1, 2, 2, 46 nonnulla praebet (cf. Cic. de legg. apud Gell. I 22, 7. Cic. pro Lig. I 1. ad Quintum fr. III 5, 1. Dion. Hal. ant. I 80), cum aliis rebus tum ipso fine tractatus de Thucyd. gen. dic. cap. 55 probabile fit.

XI. Tat. or. c. Graecos ed. Otto. cap. 10 pag. 48 v. 7 sic fere legendum: Ἀλλ' οὐδὲ [παρ' ὑμῶν πάντων ὁμοίως] ἡ Τυνδαρὶς ἀπηθανάτισται.

XII. a. Schol. Bob. in Cic. or. in Vatinium cap. V p. 317, 4 ed. Orelli. scribo: „Hac εὐλαβείᾳ (Halm) temperat acerbitatem insectationis (cf. Zieglerum Mus. Rhen. XXVII 420. 432), ut citra offensam viri huius P. Vatinii persona laedatur". „ut salvo honore illius" glossema est; pro „P. Vatinii" legitur „privatim".

b. Schol. Bob. in Cic. or. in Vat. cap. XVII ad v. „Labeculam" (pag. 324, 29 sqq. Or.) non unius est auctoris.

XIII. Hydram in locum capitum ferro caesorum alia submittentem Iolaumque ad ea exurenda faces admoventem ante saeculum quintum fere medium nec artifices nec poetae finxerunt.

XIV. Herodico grammatico Crateteo iniuriam fecerunt nostrae aetatis critici — in primis Fritzsche in ed. Ran. Aristoph. Turici 1845. pag. 331 sqq. et Bergk: 5 Abhandl. zur Gesch. der griech. Philos. u. Astron. pag. 169.

APPENDIX.

De Pamphili in scholiis ad Antoninum Liberalem [narratio est XXIII] adscriptis testimonio [cf. diss. p. 72 adn. 5] diserte egit E. Oder in dissertationis Bonn. „De Antonino Liberali" hac aestate editae c. III „De fontibus e quibus hauserit Antoninus" p. 44 sqq. Putavit Wilamowitz [„Antigonos von Carystos" p. 171] scholium illud ex Pamphili περὶ βοτανῶν [1]) libro primo desumptum, quam sententiam nec Oder nec ego amplectimur. Oder coniecit testimonia de Batto ex Limone Pamphileo hausta esse, qui octo libros κατὰ στοιχεῖον complexus sit; sed de hoc opere mea sententia non prius est iudicandum, quam sciamus, quaenam ratio inter ipsum et libros περὶ γλωσσῶν intercedat; nec non mirus ordo litterarum in „Prato".

1) Sex libros huic operi tribuit, quem Oder sequitur, Lobeck [Aglaoph. p. 610] pro οὗτος μὲν ἐξέγραψε βιβλία legendum ratus [Galen. XI, 794 v. 2] οὗτος μὲν ἓξ ἔγραψε βιβλία, cui opponatur ὁ δὲ Διοσκουρίδης ἐν πέντε βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασαν ὕλην ἔγραψεν. Doleo me haec neglexisse p. 73. Est enim optima coniectura.

COLUMBIA UNIVERSITY
0032210949
04375360
887.
SCH6